

TEXTUS

Ioannes III, rex Poloniae
Opitio Pallavicini

Iavoroviae, 2 I 1682.

De obstaculis Stanislai Dąbski, epi Luceoriensis, ad Plocensem dioecesim translationi imminentibus certior factus, explanationem affert, qua cur in dioecesi epus non residuerit, elucidatur. Virum rerum publicarum peritum et apud aulam potentem significat, valetudinemque illius fragilem invocat, qua a dioecesis aere prohibetur nocivo, ipsius dein epi epistulam explanatoriam apponens.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 21r. F. 22v destinatarius significatur: "Reverendissimo in Christo Patri D.no Opitio Pallavicino, Nuntio in Regno Nostro Apostolico, Archiepiscopo Ephesino, sincere Nobis Dilecto". Iuxta: locus sigilli rotundi impressi.

Ioannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kiioviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae Czernichoviaeque.

Reverendissime in Christo Pater, Domine sincere Nobis dilecte.

Intellecto eo a Rev.ma Dominatio V.ra, quod nonnullae difficultates circa translationem ad Episcopatum Plocensem Rev.di Nominati Nostri¹ exortae sunt, ex non sat elucidatis in processu eiusdem punctis: maxime vero circa continuatam residentiam et circa motiva translationis. Censuimus praesentibus literis Nostris allegatas Rev.di Nominati rationes², hac declaratione Nostra firmare, quod eum tanquam vegetiorem per aetatem et itinerum patientem, frequentius ad latus Nostrum, ad consilia, quae praesens rerum status exigit frequentiora, evocaverimus, inque residentia nostra Gedanensi, ubi pro gloria Dei novem fere mensibus desudavimus, continuo habuimus bono Ecclesiae Dei apprime necessarium³.

¹ Stanislaus Dąbski, epus Luceoriensis nominatusque Plocensis. De controversiis, quae translatione petita exortae, ac quid rex ipse de re censuerit, vide ANP XXXIV/3, N. 715, 794, 802, 861, 892, 934.

² Cfr A. 1.

³ Rege Gedani annis 1677-1678 morante, commissioni, quae die 3 IX 1677 ab illo instituta ac ex personis decem composita iura privilegiaque urbis reverideret, Stanislaus Dąbski epus intererat; cfr Cieślak, p. 175, notam 19.

Declaramus insuper venisse aliquando eundem Rev.dum Nominatum ad Aulam Nostram ex residentia Episcopatus sui debilem et infirmantem, aerisque intemperiem ibi sanitati suae non faventis accusantem, in tantum ut inter motiva nominationis Nostrae habuerimus eum ad Episcopatum nativo viciniorem solo et aeri transferendum.

Quare non dubitamus Nostram hanc declarationem, ut dubia in processu elucidaturam puncta, ita addituram momentum, apud Suam Beatitudinem, ut tandem diuturnior, et rebus ecclesiasticis damnosa Episcopatum vacatio⁴ non proteletur. Qua in re Rev.mae Dominationis V.rae impense desideramus operam in Curia Romana interponendam, cui bonam caelitus vovemus salutem. Datum Javoroviae⁵, die II Ianuarii, anno Domini MDCLXXXII, Regni vero Nostri anno VIII.

(a-Joannes Rex^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 990.

Opitius Pallavicini Iacobo Świątkowski OESA, conventus Varsaviensis priori

Varsaviae, 2 I 1682.

Iacobo Świątkowski⁶, ordinis Eremitarum Sancti Augustini Varsaviensis⁷ priori, licentiam celebrandi in capella concedit publica, quae in villa conventus Dąbrówka est posita. (a-Die 6 Iulii 1684 Varsaviae, innovata ad annum per Rev.mum D.num Auditorem⁸.^a)

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 82r.

^{a-a}) *In margine adscriptum.*

⁴ Bonaventura Madaliński epo ad Cuiaviensem translato dioecesim vacabat illa Plocensis a Iunio mense 1681.

⁵ Javorovia, cfr ANP XXXIV/3, notam 190, p. 66.

⁶ Iacobus Świątkowski annis 1685-1688 ordinis Eremitarum Sancti Augustini provinciae Poloniae provincialis fungebatur officio; cfr Uth, p. 201.

⁷ Ordinis Eremitarum Sancti Augustini conventum Varsaviensem ecclesiamque Sancti Martini nomine Ziemowit, dux Masoviae saeculo XIV medio fundavit; cfr Nowacki II, p. 761.

⁸ Coloniae Agrippinae ac item Varsaviae Iacobus Maria ab Unda nuntiaturae auditoris fungebatur munere.

N. 991.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 3 I 1682.

Allatum sibi dicit fasciculum die 3 XII 1681⁹ datum, et de papali certiorum nuntium facit probatione.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 3r.

N. 992.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 3 I 1682.

Denuo eum de pontificis consilio admonet, ne quid plaris de Regno contra Turcas muniendo intenet.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 3r-v.
- Ed.: De Bojani III, p. 553.

Al medesimo.

Si ebbero già a tempo debito i fogli¹⁰, che da V.ra Signoria Ill.ma mi furono trasmessi su le considerazioni, fattesi dal savio avvedimento di lei per la sicurezza di cotesto Regno e di quei di Cesare¹¹ contro il Turco. Et io, che a N.ro Signore ne feci la relazione, risposi già per parte della Santità Sua ch'ella più oltre in ciò non si avanzasse¹². Rinuovo perciò a V.ra Signoria Ill.ma presentemente l'istesso. E [3v] le prego dal Signore Dio vere prosperità. Roma, 3 Gennaio 1682.

⁹ Cfr ANP XXXIV/3, N. 916-918.

¹⁰ Cfr ANP XXXIV/3, N. 860, A. 13, A. 14.

¹¹ Leopoldus I Habsburg (1640-1705), imperator ab a. 1658.

¹² Cfr ANP XXXIV/3, N. 927.

N. 993.

Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini

Romae, 3 I 1682.

Denuo de foedere disserit reiecto, cui cum minime ipsi studeant Poloni, nec quidquam in re pluris intentandum aut suadendum existimat, Sedem tamen Apostolicam minime de opportunitate depersa culpari posse asserit.

Reg. cifre: AV, Segr.Stato, Polonia 94 f. 55r.
- Ed.: De Bojani III, p. 553.

A 3 Gennaro 1682.
 A Mons. Nunzio in Polonia.

Si vede che i Polacchi non hanno voglia di lega ma, forse col tempo e non molto lontano, si avvederanno dell'errore. Vostra Signoria Ill.ma non ne parli più, si governi però in modo che non possano attribuire a disapplicazione di Roma la perdita opportunità, mentre in sostanza sono essi che la fuggono e Sua Santità non vuol inquietarsi più inutilmente per collegarli con Cesare.

N. 994.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 5 I 1682.

Cursore extraordinario Vindobonam a Ioanne Christophoro Zierowsky, mandatario imperatorio, misso et a se nonnulla asserit fasci esse adiecta.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 1r.

Eminentissimo e Rev.mo Signor, Padron Colendissimo.

Coll'occasione della spedizione che fa questo Residente cesareo¹³ a Vienna, io mi do l'honore d'inviare a V.ra Eminenza il congiunto pacchetto.

¹³ Ioannes Christophorus Zierowsky, imperatorius in Republica mandatarius, cfr ANP XXXIV/1, notam 97, p. 45.

E senza più le fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 5 Gennaro 1682.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo, divotissimo servitore obligatissimo
Opitio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 995.

"Avviso"
ab Opitio Pallavicini
ad Secretariam Status transmissum

Varsaviae, 5 I 1682.

Regni munitionem, etsi Turci maxime illi inimici viderent, semper negligi deplorat.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 2r.

Varsavia, 5 Gennaro 1682. Foglio a parte.

Crescan sempre più i segni del mal'animo della Porta contro questo Regno, come può vedersi dalla copia congiunta di lettera, scritta dall'Inviato regio a Sua Maestà¹⁴. E pur né ciò, né il mettere avanti gl'occhi senza intermissione questi et altri efficacissimi motivi, vagliano perché si vogli maggiormente attendere a i pericoli et all'uso efficace della necessaria provvidenza.

N. 996.

Opitius Pallavicini
card. Francisco Buonvisi, nuntio apostolico Vindobonae

Varsaviae, 5 I 1682.

¹⁴ Samuelis Proski, Polonorum Constantinopoli ablegati, ad regem epistula 3 XII 1681 data, cfr ANP XXXIV/3, A. 16.

De relatione a Samuele Proski ad Portam legato disserit conscripta, cuius una mandans dupplicatum, ut celeriter Romam mittatur, petit. Hoc enim documento erga Polonos, etsi periculi immemores videantur, luce clarius odium monstratum Turcarum.

Or.: AS Lucca, Arch.Buonvisi II parte, filza 51 n. 88.

Eminentissimo et Rev.mo Signor etc.

L'occasione che mi dà questo Sig. Residente cesareo¹⁵ che fa una spedizione straordinaria, giova per riverire V.ra Eminenza e supplicarla a volere inviare a Roma, colla prima e più sollecita occasione che si presenterà, questo dispaccio. Contiene esso un particolar racconto di quel ch'è successo in una udienza, havuta ultimamente dall'Inviato Polacco¹⁶ alla Porta.

La sostanza di quello è che sempre più apparisce il mal'animo de' Turchi verso questo Regno, che se ne sta come insensato a tante punture o più tosto segni di quel che si machina e pensa da' Turchi a suo danno. Nella relatione s'aggiunge che i Turchi erano molto ombreggiati de' Francesi, il che può giovare all'accommodamento di coteste^{a)} cose. Et all'Eminenza V.ra fo humilissima riverenza. Varsavia, 5 Gennaro 1682.

Di V.ra Eminenza

^(b)-humilissimo etc.

Opizio Arcivescovo d'Efeso^{b)}

^{a)} *Supra vocem linea subductam varie nuntii manu adscriptum.*

^{b-b)} *Autographum.*

N. 997.

**Card. Franciscus Buonvisi, nuntius apostolicus Vindobonae
Opitio Pallavicini**

Vindobonae, 5 I 1682.

Sententiam suam quidque de Turcarum periculo Rei publicae imminenti censuerit, a Ioanne Andrea Morsztyn, Regni thesaurario Gallis amicissimo, a nuntioque ipso probari gratum sibi fuisse notat. Dein de difficultatibus, quae

¹⁵ Ioannes Christophorus Zierowsky, imperatorius in Republica mandatarius.

¹⁶ Samuel Proski, Ioannis Tertii regis Constantinopoli ablegatus, cfr ANP XXXIV/1, notam 192, p. 90. De huius epistula 3 XII 1681 data cfr ANP XXXIV/3, A. 16.

in Polonia nuntiis consiliis tantum quiddam adipisci conantibus, obtrectantur, disserit; ipse enim, cum in Regno morabatur, frequentissime his impediatur. Comitibus Sopronii conclusis spem asserit exortam concordiam cum instituendi Hungaricis rebellibus – quietum enim imperium ac munitum maxime contra Turcas Gallosque valere sperari liceat.

Min. autogr.: AS Lucca, Arch.Buonvisi II parte, filza 18 n. 5.

Vienna, 5 Gennaro 1682.

A Mons. Nunzio Pallavicino. Varsavia.

Godo che V.ra Signoria Ill.ma habbia approvato principalmente i quattro motivi che feci al Sig. Gran Tesoriero¹⁷, et egli ha tanto spirito che mi assicuro li farebbero impressione se non havesse già pigliato così grande impegno con le compre fatte¹⁸, in modo che bisogna si lasci portare dalla corrente e che non pensi più a gl'interessi della Patria, la quale va al precipizio per disperar troppo, o per lusingarsi troppo che il male sia per cadere sopra l'Ungheria. Io non nego che anche questa sia in pericolo se i Moscoviti rattificheranno la pace col Turco¹⁹, ma non ci è quell'evidenza che credono i Polachi, anzi ci è maggior probabilità che il preparamento sia contro di loro, perché sono più facili gl'acquisti, e però dovendo temere ogn'una delle parti, compliva ad ambedue la lega defensiva. Ma come V.ra Signoria Ill.ma dice, noi non possiamo combattere altro che con le ragioni, et a queste resistono con l'ostinazione ^(a-)onde è più che vero^(a) che cotesto è un paese da svergognare i ministri, et io [...] ^(b)lo provai, essendomici trovato nei tempi più disastrosi²⁰. Tuttavia^(c) noi non siamo obbligati se non a fare il possibile, con rimettersi poi a Dio.

Mi scrive uno da Javorova che i Moscoviti non manderebbero l'Ambasciatore alla Porta se non doppo Pasqua, e se questo fosse, ci sarebbe tempo di aiutarsi. Noi in tanto habbiamo terminata la Dieta²¹ felicemente, con so-

¹⁷ Ioannes Andreas Morsztyn, Regni thesaurarius, cfr ANP XXXIV/1, notam 286, p. 122. De Francisci Buonvisi nuntii epistula illi scripta cfr ANP XXXIV/3, N. 972.

¹⁸ Anno 1680 ineunte, cum oratoris extraordinarii in Gallia fungebatur munere, bona Ioannes Andreas Morsztyn milies livrorum praetio soluto emit, quae Chateau-Vilain d'Arques en Basseigny, Monterouge sermone appellata vulgari secretarii regis Gallici titulum secum portabant; cfr Deiches, p. 370.

¹⁹ De pacis confirmatione quae intra Moscovitas Turcasque oppido Bakčisarai, mense Ianuario 1681 contracta agitur.

²⁰ Franciscus Buonvisi Poloniae nuntii annis 1673-1675 fungebatur munere, qui id sibi propositum habebat, ut rebus inter Michaelem Korybut regem discontentisque compositis, contra Turcicam verteret Polonos potestatem, prout regiones anno 1672 repeti possent; cfr Diaz, Carranza I-II, passim.

²¹ Comititia Hungariae ordinorum Sopronii die 30 XII 1681 conclusa. Nonnullis ab imperatore haereticis concessis sperari licebat pacaturam Hungariam esse.

disfazione universale, [v] perché se bene gl'eretici hanno strepitato sino all'ultimo, sappiamo però che internamente sono competentemente sodisfatti, sperando nella futura Dieta qualche accrescimento alle loro sodisfazioni, sì che essendosi quietato l'interno del Regno, speriamo che si aggiusteranno anche i Rebelli²².

In tanto l'Imperatore²³ armerà potentemente per assistere [...]d) a quella parte che ne haverà maggior bisogno, e quando i Turchi vedranno l'Imperatore preparato, è verisimile che lo lasceranno in pace, ben sapendo esser facile che si aggiusti col Re di Francia²⁴ quando la necessità lo costringesse a voltare tutte le sue forze in Ungheria.

Confermo in tanto a V.ra Signoria Ill.ma il mio desiderio di servirla, e le bacio affettuosamente le mani.

a-a) *Verbis* e V.ra Signoria Ill.ma dice bene *deletis supra adscriptum*.

b) *Verba* più d'ogni altro *deleta*.

c) *Verbis* è però vero che *deletis supra adscriptum*.

d) vigorosamente *deletum*.

N. 998.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 7 I 1682.

Allatum sibi esse fasciculum 13 XII 1681²⁵ datum confirmat, summi sibi ponderis praecepta illic inclusa asserens fore.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 3r.

N. 999.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 7 I 1682.

²² De Leopoldi I imperatoris rescripto, quo 9 XI 1681 dato nonnulla haereticis concedebantur ac de comitiis, quid de rescripto censuerint, cfr Fessler IV, p. 380-382.

²³ Leopoldus I imperator.

²⁴ Ludovicus XIV (1638-1715), rex Galliae ab a. 1634.

²⁵ Cfr ANP XXXIV/3, N. 942-947.

Se ipso, cum a pontifice admonitus, nec quidquam de foedere concludendo suadente, alios sperat a Polonis defensionis modos intentari, ne hoc reiecto Regni in periculum adducatur incolumitas.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 4r.

Eminentissimo et Rev.mo Signor *etc.*

La posta precedente mi recò un foglio²⁶, nel quale V.ra Eminenza mi significava come parendo a N.ro Signore d'haver fatte tutte le parti possibili per muover questo Regno alla guerra contro il Turco, era mente di Sua Santità ch'io non entrassi più in questa materia, se non invitatovi dalla Corte e solo a titolo di rispondere. Io ho già cominciato ad eseguire la mente di Sua Santità con havere, con buona maniera, tronco il filo di quel trattato che vi era, perché lasciatosi di parlare di lega offensiva si pensasse ad altri modi che vi possano essere per procurar la salute commune, e di questo Regno specialmente, i di cui pericoli crescono, come V.ra Eminenza haverà visto da un'altra mia in data de' 5 corrente²⁷. Io mi regolerò affatto, secondo il tenore del medesimo foglio. Et all'Eminenza V.ra fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 7 Gennaro 1682.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo *etc.*

Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 1000.

Opitius Pallavicini
card. Angelo Paluzzo Paluzzi degli Albertoni-Altieri, praefecto
S. Congregationis de Propaganda Fide

Varsaviae, 7 I 1682.

De Christi nativitate ab Armenis 16 I celebrata disserit, qua de controversia iam nonnulla litteris 16 VI 1681 datis paulisper in re cunctari volens scribebat. Aeпо ritus Armeni tamen mortuo, controversiis autem quibusdam de tribunalis decretis apud fideles exortis, sua se decreta die Nativitatis, ve-

²⁶ Cfr ANP XXXIV/3, N. 927.

²⁷ Cfr N. 993.

lut Romae celebratur, publicari iussisse, cui nemo oppugnare videatur facto. De Collegio dein perguit disserens Pontificali Leopoliensi et de aedeficio, quo collocatum, post maximas controversias rixasque Armenis a consulibus proposita sua accepta esse nuntians ac documentum signatum, cuius una cum litteris adducitur duplicatum.

Or.: APF, SOCG 484 f. 282r-283v, 285r-v.

Copia: APF, Congr.Part. 29 f. 629r-v ("particula").

Eminentissimo e Rev.mo Signor *etc.*

Sotto li 16 Luglio dell'anno caduto²⁸ V.ra Eminenza mi mandò copia d'una lettera del Padre Prefetto del Collegio Armeno in Leopoli²⁹, scritta alla Sacra Congregazione sopra l'abuso et errore degl'Armeni di celebrare il Santo Natale sotto li 6 Gennaro dell'antico calendario, che corrisponde alli 16 del nuovo, e mi ordinò di verificare le circostanze dell'esposto, per informarne poi la Sacra Congregazione et aggiungere il mio parere.

Parimente sotto li 11 Agosto dell'anno medesimo³⁰ V.ra Eminenza mi scrisse, come havendo lo stesso Padre Prefetto trasmesse costà le formule concepite per stipulare la convalidatione della donazione, fatta dal defonto Arcivescovo Armeno³¹, della casa nella quale presentemente è il Collegio Pontificio [282v] degl'Armeni, la Sacra Congregazione haveva approvata la formula corretta da me et incaricatomi l'insistere che il tutto si eseguisse conforme al contenuto in essa, con procurare d'indurre i Consoli della Nazione a contentarsene.

Ricevuti quest'ordini, cominciai ad operare per l'intiera effettuazione d'essi e, quanto all'affare delle case, procurai di far conoscere alla Nazione come l'equità della cosa e la gratitudine, dovuta dagl'Armeni alla Santa Sede per tanti benefici e segni di paterna carità che giornalmente ricevano, essi-gevano che venissero all'atto desiderato nella forma da me corretta et approvata dalla Sacra Congregazione, finalmente doppo molte tergiversationi e clausule, o tolte [283r] o aggiunte, essendomi io mostrato fisso in non volere mutare cosa alcuna della detta formula, con fare anco insinuare opportunamente qualche minaccia, che la Sacra Congregazione vedendosi mal corrisposta, potria forse risolversi a sospendere e togliere affatto il Collegio, i Consoli si sono contentati della formula sudetta, alla quale hanno sottoscritto, come l'Eminenza V.ra vedrà dalla congiunta copia³². Così resta sta-

²⁸ Congregationis registra die 16 VI 1681 epistulam nominant, cfr ANP XXXIV/2, N. 543.

²⁹ Franciscus Bonesana, Collegii Armenorum praefectus Leopoli, cfr ANP XXXIV/2, notam 681, p. 232.

³⁰ Cfr ANP XXXIV/3, N. 678.

³¹ Nicolaus Torosowicz, aepus ritus Armeni Leopoliensis die 25 X 1681 mortuus, cfr ANP XXXIV/1, notam 455, p. 184.

³² Huius documenti duplicatum, cfr APF, SOCG 484 f. 286r.

bilito quel Collegio che sempre vacillava, stante la naturale incostanza e volubilità di quella Natione.

Intanto ho scritto che si veda che si facciano due altre copie sottoscritte dalli stessi Consoli, acciò possino conservarsi una presso la Sacra Congregatione, l'altra in Leopoli, restando la prima che mi è stata trasmessa di colà, custodita [283v] in questo Archivio della Nuntiatura.

Quanto alla celebratione del Santo Natale, sendo una cosa già ordinata nel Concilio di Firenze³³, ho stimato che si potesse senz'altro procurarne l'esecutione, per la quale sono andato cercando qualche congiuntura favorevole, che si è poi presentata colla morte di Mons. Arcivescovo Armeno. Seguita questa, è fatto Amministratore³⁴ un soggetto dependente dalla Santa Sede, di natura docile, né alieno dal conformarsi colla Chiesa Romana, riflettendo come il Popolo Armeno si era più volte dolsuto de gl'abusi che erano nel Tribunale di Mons. Arcivescovo, giudicai che col rimedio di questi e sendo per ciò ben'inclinati gl'animi, più facilmente si seria potuto insinuare la [285r]correttione dell'errore circa la celebratione del Natale. Feci dunque i decreti grati alla Natione, et ordinai che si pubblicassero in Chiesa alla presenza di tutto il Popolo il giorno di Natale da celebrarsi nel dì istesso che lo celebra la Santa Madre Chiesa Romana, così col mescolare una materia accetta et utile al Popolo, è riuscito il fare ricevere la correttione con minor ripugnanza et avversione, per altro naturale in gente tenace de' suoi abusi.

N. 1001

Opitius Pallavicini

card. Carlo Barberini, protectori Regni Poloniae

Varsaviae, 7 I 1682.

Iacobum Dłuski, nominatum Bacoviensem, Varsavia abesse nuntiat, quare nondum de pecuniariis certior factus vacationibus. Se ipsum dein omnia facturum promittit, ut bulla allata sacrisque acceptis statim ad dioecesim ille proficiscatur.

Or.: BV, Barb.Lat. 6664 f. 3r. In f. 3r, angulo sinistro inferiori nomen destinatarrii significatur: "Em[inentissi]mo S[igno]re Card[ina]l Barbarini [sic]!". In f. 6v, angulo dextero superiori a card. Barberini cancellariis annotatum: "1682. Varsavia, 7 Gen[na]ro. Mons. Nunzio Pallavicini. Risp[os]to."

³³ Concilio Florentino annis 1439-1445 habito signata est unio ecclesiarum Romanae Graecorumque ac aliorum Orientis nationum. Die 22 XI 1439 unionem Armeni acciperunt, cfr Hofmann, p. 171 et sq.

³⁴ Gabriel Zachnowicz dioecesim ritus Armeni Leopoliensis aepe Torosowicz mortuo administrabat, cfr ANP XXXIV/3, notam 1052, p. 357.

Eminentissimo et Rev.mo Signor *etc.*

Il Padre Dluski³⁵, minor conventuale et eletto di Moldavia, non è qui, onde io non le ho potuto fare sin hora sapere la gratia, ottenutale e fattale da V.ra Eminenza in ordine alla tassa della Chiesa e propina³⁶. Allhorché verranno le bolle, io le porgerò i stimoli maggiori perché si facci consecrare et adempia il promesso, e verifichi il motivo per il quale il Sacro Collegio ha usato della sua generosità e bontà, e darò parte a V.ra Eminenza di quello che seguirà, come si degna commandarmi. E le fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 7 Gennaro 1682.

Di V.ra Eminenza

^(a)humilissimo *etc.*

Opizio Arcivescovo d'Efeso^{a)}

^{a-a)} *Autographum.*

N. 1002.

Opitius Pallavicini

Augustino Favoriti, secretario S. Congregationis Consistorialis

Varsaviae, 7 I 1682.

Ordine sibi allato omnes de foedere, quod cum imperatore instituendum, rescisas esse affirmat negotiationes, illa quondam, ut de Camenecia recuperanda quiddam Poloni, de imperio autem contra Turcas Hungariae minitantes muniendo facere posset, se institutes. Frustra tamen suasiones fieri, cum offensivo Poloni, deffensivo autem foederi imperator inclinabat.

Autogr.: AV, Segr.Stato, Polonia, Addit. VI, s.f. Folio primo, angulo sinistro inferiori: "M[onsign]r Favoriti".

Illustrissimo e Rev.mo Signor *etc.*

Anco dal spac[c]io precedente racolsi qual fosse la mente di N.ro Signore³⁷, confermatami hora da V.ra Signoria, e troncai subito e bene il filo di quel negoziato. Come V.ra Signoria haverà osservato, fu distorto questo sul

³⁵ Iacobus Franciscus Dluski OFMConv., epus Bacoviensis, cfr ANP XXXIV/3, notam 889, p. 303.

³⁶ His litteris ad epistulam a Carolo Barberini, Regni protectore, die 6 XII 1681 datam responditur, cfr ANP XXXIV/3, N. 928.

³⁷ De litteris Alderani Cybo agitur, quibus a colloquiis de foedere inter Austriacis Polonisque contrahendo nuntius prohibebatur, res agitur, cfr ANP XXXIV/3, N. 927.

bel principio. Anteposi io che seguendo l'attacco creduto dell'Ongheria, questa era un'ottima congiuntura di tentar di recuperar Cameniez. Cosa nessuna poteva gionger più grata all'Imperatore che una tal risoluzione, come quella che l'as[s]licu[v]rava della più bella diversione, e per la quale era da credere che havesse havuto ad acordare di non pacificarsi in quel caso che assieme colla Polonia, il che haveria dovuto più facilmente tirare alla resolutione generosa questa parte.

S'intruse assai subito e guastò questo disegno il voler parlar d'una lega offensiva, qual pensiero, come haverà visto, ho sempre procurato che si deponesse. Hor V.ra Signoria sii pur certa che per il passato et in apres[s]o [r] ho havuto et haverò sempre ogni riguardo, onde fra questi Re confinanti non crescano ombre ma più tosto cessino, e fra essi sii un amor fraterno, e quel è necessario per la salute comune, sopra di che il Sig. Cardinal Bonvisi³⁸ la passata posta mi scrisse che c'era fatto assai, havendovi io travagliato per la mia parte in tutte le congiunture che si son date, come ha anco fatto il Sig. Cardinal Bonvisi.

Io ho stimato che convenisse al zelo, all'amor paterno di N.ro Signore di non lasciar passar oportunità veruna, [cercando]^{a)} riscaldar questi Signori, farle [sic!] cognoscer la congiuntura, il modo, il [v] tempo e l'utilità dell'operare, il che oltre che cede in edificatione, sapendo sol' Dio se questo Regno durerà più molto, in ogni caso che debba perdersi, si dirà maggiormente "perditio tua ex te: Ierusalem, Ierusalem quoties volui congregare pullos tuos", etc.³⁹

Se è vero che i Polac[c]hi non vogliano far niente e che quel che fanno sii una semplice aparenza per giustificarsi col mondo, non v'era meglio [sic!] forma per metterli al ponto che mostrarle le belle congiunture, e però il biasmo e disonore che le verria non valendosene.

Hor'io eseguirò pontualmente quel che V.ra Signoria mi scrive⁴⁰. "Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis"⁴¹. E le bacio riverentemente le mani. Varsavia, 7 Gennaro 1682.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

divotissimo servitore obligatissimo e vero
Opizio Arcivescovo d'Efeso

^{a)} *Illegibile.*

³⁸ Franciscus Buonvisi cardinalis, Vindobonae nuntius, cfr ANP XXXIV/3, N. 964.

³⁹ Mat 23,37-39; Lc 13,34-35.

⁴⁰ Epistulam hic nominatam, quae a Augustino Favoriti ad Opitium data Pallavicini, non inveni.

⁴¹ Ps 119,105.

N. 1003.

Opitius Pallavicini**Antonio Oziembłowski, OFMConv., secretario provinciae Russiae**

Varsaviae, 7 I 1682.

Concedit ei licentiam absolvendi ab haeresi et casibus reservatis, praeter qui in bulla "Coena Domini"⁴² continentur, et ecclesias pollutas aqua ab epo benedicta, et in casu necessitates etiam aqua non benedicta reconciliandi, ad tempus legationis.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 80r.

N. 1004.

Opitius Pallavicini**Bartholomaeo Krauzowicz, dioecesis Cracoviensis**

Varsaviae, 7 I 1682.

Concedit ei dispensationem extra tempora ad omnes ordines, ob necessitatem ecclesiae Crusviciensis⁴³, dioecesis Vladislaviensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 80r.

N. 1005.

Opitius Pallavicini**Francisco Hiszynski, dioecesis Posnaniensis**

Varsaviae, 8 I 1682.

Concedit ei dispensationem extra tempora ad presbyteratum, ob necessitatem ecclesiae cathedralis Posnaniensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 80r.

⁴² Bulla "In Coena Domini" seriem excommunicationum continens, in forma definitiva a Paulo V 8 IV 1610 promulgata est; cfr Bullarium Romanum XI, p. 610-624.

⁴³ Crusvicia, oppidum Gopło lacum adiacens; collegiata illic Sanctorum Petri ac Pauli utebatur nominibus.

N. 1006.

**Innocentius XI, pontifex maximus
Opitio Pallavicini**

Romae, 9 I 1682.

Concedit ei facultatem tres canonicatus et praebendas in ecclesia cathedrali Cracoviensi conferendi mensibus Sedi Apostolicae reservatis. Conferenda sunt talia si vacatura personis a Ioanne Stephano Małachowski, epo Cracoviensi, nominatis, cuius precibus hoc modo satisfaciatur, dein autem intra menses octo necesse est provisio Sedis ipsius provisiones impetrare.

Reg.: AV, Sec.Brev., Reg. 1665 f. 293r-v. Sub textu adscriptum: "Pro R[everendissimo] P[at]ri D[omino] Joanne Stephano Epo Cracoviensi. Facultas Reverendissimo P[at]ri D[omino] Nuncio Poloniae conferendi tres Canonicatus et Praebendas Ecclesiae Cracoviensis per obitum in mensibus Sedi Apostolicae reservatis primo vacaturas personis ab Oratore nominandis, cum decreto, quod provisi novas provisiones a Sede Apostolica intra octo menses inde proximos impetrare, et literas Apostolicas expedire teneantur. Est iuxta similem gratiam Oratoris praedecessori concessam ab Alexandro 7. et Clemente IX." Infra, manu summi pontificis: "Placet. B[enedictus]". In angulo dextero inferiori subscriptio secretarii brevium: "J[oannes] G[ualtierus] Slusius".

43.⁴⁰ Venerabili Fratri Opitio Archiepiscopo Ephesino apud Charissimum in Christo Filium Nostrum Ioannem, Poloniae Regem illustrem, Nostro et Apostolicae Sedis Nuncio

Innocentius Papa XI

Venerabilis Frater, salutem etc.

Egregio Venerabilis Fratris Ioannis Stephani Epi Cracoviensi Nos et Apostolicam Sedem fidei et devotionis merita poscunt, ut ea libenter illi concedamus, per quae erga personas istarum partium sibi gratas et acceptas se beneficium exhibere possit et liberalem. Supplicationibus itaque ipsius Ioannis Stephani⁴⁴ Episcopi nomine Nobis etc. inclinati, tibi ut tres tantum Ecclesiae Cracoviensis Canonicatus et Praebendas, quos in mensibus Nostrae et dictae Sedis dispositioni reservatis per obitum illos obtinentium primo

⁴⁴ Ioannes Stephanus Małachowski (1622-1699), epus Culmensis annis 1676-1681, dein Cracoviensis. Die 29 XI 1681 nomine eius memorandum ad papam scriptum, ut venia epo tres canonicas ecclesiae cathedralis Cracoviensis, unam ecclesiae Varmiensis tempore Sedi Apostolicae reservato providendi aliaeque facultates, quae praedecessori indutae, concederentur; cfr AV, Sec.Brev., Reg. 1665 f. 294r.

vocare contigerit, personis eidem Ioanni Stephano Epo, ut perfertur, gratis et acceptis, ac ab eo specialiter nominandis, quae in primis in catholica fide constantes sint, auctoritate nostra Apostolica conferre et de illis etiam providere, ipsasque personas vel earum procuratores earum nomine in corporalem possessionem Canoniatuum et Praebendarum huiusmodi per te vigore praesentium illis conferendorum, iuriumque et pertinentiarum [sic!] suorum quorumcumque inducere, et inductas defendere, ac quoscumque illicitos detentores ab illis amovere, ipsisque provisus de illorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus integre responderi, aliaque in praemissis, et circa ea quomodolibet necessaria seu opportuna facere, necnon contradictores quoslibet per censuras et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris et facti remedia, opportune proposita, compescere libere et licite possis et valeas, facultatem eadem auctoritate tenore praesentium concedimus et impertimur.

Decernentes collationes et provisiones per te de dictis Canoniatibus et Praebendis, ut praefertur, faciendas proinde validas, firmas et efficaces existere, et fore in omnibus et per omnia perinde ac si a Nobismet ipsis factae fuissent. Sicque et non aliter per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam etc. Auditores indicari, et defruiri debere ac tributum etc. attentari.

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac Cancellariae Apostolicae regulis, dictaeque Ecclesiae Cracoviensis etiam etc. statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ii, quibus Canonatus et Praebendas huiusmodi consuleris, intra octo menses a die illorum collationis et provisionis computandos novas provisiones super illis a Nobis et Apostolicae Sede impetrare, et litteras Apostolicas sub plumbo expedire, [293v] iuraque Cancellariae et Camerae Apostolicae, aliisque propterea debita persolvere omnino teneantur, alioquin elapsis iisdem mensibus Canonatus et Praebendae huiusmodi vacare censeantur eo ipso, possintque alii per Nos aut Romanum Pontificem pro tempore existentem dumtaxat libere conferri, nisi provisus legum impedimento detenti, de huiusmodi impedimento coram Datario Nostro constare fecerint, vel ipsis petentibus novas provisiones huiusmodi, et protestantibus quod per eos non stat, contigerit illas eis denegari. Datum ^(b)[apud S[anctum] P[etrum]], 9 Ianuarii 1682, anno 6.^o^(b)

^{a)} Numerus in registro.

^{b-b)} Alia manu adscriptum.

N. 1007.

Opitius Pallavicini
officiali generali per Pomeraniam

Varsaviae, 9 I 1682.

Impertit ei, officiali generali per Pomeraniam⁴⁵, ut in mixtum, tertium et quartum, consanguineitatis gradum cum Ioanne Pasweg, laico, et Christina Didertin, muliere, ortis ex loco Gemlitz⁴⁶ dioecesis Vladislaviensis aut Pomeraniae, dispenset.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 83v.

N. 1008.

Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini

Romae, 10 I 1682.

Allatum sibi esse nuntiat fasciculum 10 XII 1681⁴⁷ datum gestaque nuntii a papa probata esse asserit.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 3v.

N. 1009.

Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini

Romae, 10 I 1682.

Iam prius ei papae consilia, quid de foedere cum imperatore censuerit contrahendo, communicata esse dicit, summamque in colloquis, si rursus instituantur, cautelam adhibendam commendat.

⁴⁵ Ioachimo Pastorio, Pomeraniae officiali, die 26 XII 1681 mortuo, anno 1682 a Bonaventura Madaliński, epo Vladislaviensi, Ioannes Georgius Kunigk est nominatus, qui tamen oppugnantibus nominationi Gedaniensibus munus anno primum 1685 sumere potuit. Qui per tot annos officialis fungebatur officio cognoscere non potui; cfr J. Staszewski, *Kunigk Jan Jerzy*, in: PSB XVI, p. 196-197.

⁴⁶ Giełlice aut Giełblice (Germanice Gemlitz) pagus parochialis prope Gedanum in regione, quae Żuławy nominatur, in Vistulae ripa positus sinistra. Ab anno 1592 in possessu Iesuitarum, qui pago in Sotland Gedanensi residebant, cfr SGKP II, p. 556-557.

⁴⁷ Cfr ANP XXXIV/3, N. 932-935.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 3v-4r.

Al medesimo.

Da altre mie lettere antecedenti⁴⁸ sul parlare de' progetti fattisi e partecipati da V.ra Signoria Ill.ma alla Maestà del Re, ed anche per mezzo del Sig. Cardinal Buonvisi alla Corte cesarea per unir le forze dell'un' e l'altra potenza contro il comun nemico, havrà ella ben potuto com[4r]prendere i precisi sensi di N.ro Signore, ond'è ch'io non m'avvanzo nuovamente a replicarlene il tenore né d'aggiungerle altro in tal proposito, se non che gradirà molto la Santità Sua ch'ella vada più circospetta nell'entrar, senza preciso ordine di Sua Beatitudine, in simili materie nell'avvenire⁴⁹. Et a V.ra Signoria Ill.ma auguro dal Signore Dio vera prosperità. Roma, X Gennaro 1682.

N. 1010.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 10 I 1682.

Placuisse nuntiat pontifici regis de Stanislai Dąbski, epi Luceoriensis, ad Plocensem dioecesim translatione quam habuerit opinionem, cum ipsius voluntati concurreret. Dein de epo quaerit, cur dioecesim commutare velit ac qua de causa in Luceoriensi non residat.

Reg. cifre: AV, Segr.Stato, Polonia 94 f. 55r-v.

A' 10 Gennaro 1682.

Al medesimo.

Ha Sua Santità udito con gran sua consolazione che il Re si sia disposto [55v] a lasciar correre la traslatione di Mons. Vescovo di Luceoria alla Chiesa di Plosca⁵⁰, per ovviare a quei torbidi che potevano giustamente temersi. Nel medesimo tempo ha V.ra Signoria Ill.ma riportata da Sua Santità la

⁴⁸ Cfr ANP XXXIV/3, N. 927, 943 et epistula 3 I 1682 data, N. 992.

⁴⁹ Hac epistula ad illam a Pallavicini die 10 XII 1681 datam responditur; cfr ANP XXXIV/3, N. 933.

⁵⁰ Stanislaus Dąbski, epus Luceoriensis nominatusque Plocensis, cfr ANP XXXIV/3, N. 934.

debita commendatione di zelo e d'accorgimento, volendo che il Vescovo e giustificati il difetto della residenza, e produca le cause della traslatione, perché da un tale esempio imparino gli altri Vescovi a sodisfare con più esattezza alla propria obligatione, et il Re vada più circospetto in supplicar Sua Santità di trasferire i Vescovi di quel Regno.

N. 1011.

Opitius Pallavicini
Dionisio et Laurentio, Ord. Canonicorum Regularium
de Poenitentia

Varsaviae, 10 I 1682.

Dispensationem extra tempora ad omnes eis ordines concedit sacros ob necessitatem ecclesiae sancti Marci Evangelistae Cracoviensis⁵¹, dioecesis eiusdem.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 80r.

N. 1012.

Card. Franciscus Buonvisi, nuntius apostolicus Vindobonae
Opitio Pallavicini

Vindobonae, 12 I 1682.

Foedus contra Turcas, praesertim si offensivum fiat, contrahendum minime imperatoris dicit interesse, qui imperio pacato comitiisque Hungaricis bene eventis summam potestatis exercere potest. Hoc munito armatoque contra Poloniam Turcas versuros timet, etsi isti minime periculo sibi imminente current, nonnulli tamen Rem publicam non negligent, sed pessum vero dari velint.

Min. autogr.: AS Lucca, Arch.Buonvisi II parte, filza 18 n. 12.

⁵¹ Ordinis Canonicorum Regularium Beatorum Martyrum de Poenitentia ecclesia Cracoviensis sancti Marci nomine, cfr ANP XXXIV/3, notam 86, p. 34.

Vienna, 12 Gennaio 1682.
A Mons. Nunzio di Polonia.

Devo sempre cooperare al zelo che V.ra Signoria Ill.ma ha del ben pubblico con tutte le notizie che possono da me somministrarseli, facendo in tanto qua tutte le parti che convengono per tale effetto, senza allontanarmi dalle considerazioni che devono haversi di non pregiudicare ad una parte nel voler giovare all'altra, poich  facendo altrimenti non si conseguirebbe l'effetto con l'Imperatore, che   oculatissimo, come V.ra Signoria Ill.ma fra poco sperimenter , e si perderebbe il credito con lui, persuadendolo a quelle cose che fossero di suo pregiudizio, come sarebbe la lega offensiva, i trattati della quale se arrivassero a notizia del Turco, servirebbero per tirarli la guerra in Ungheria, al qual fine sono diretti i consigli di alcuni di cotesto paese, e forse ha havuto l'istessa intentione^{a)} il Sig. Gnischi⁵², Vicecancelliere, il quale non havendomi pi  scritto, lo fa adesso significandomi che l'Ambasceria di Moscovia^{b)} per la pace non partir  cos  presto⁵³, e che per  io doverei esortare Sua Maest  Cesarea che scrivesse al Czar⁵⁴, dissuadendolo dalla ratificazione della pace. Se Sua Maest  avesse in Moscovia un Ministro da farli passare quest'offizio in voce, sarebbe forse praticabile, ma non gi  lo scrivere, mettendo nelle mani di quei barbari una lettera che li servirebbe per vantaggiare le loro condizioni, con pregiudizio dell'Imperatore.

Bisogna dunque che cotesti Signori si persuadino, che se essi hanno della finezza nel propuonere, gl'altri ne hanno per conoscere e per negare, [v] e che se vogliono arrivare al fine,   necessario che passino per i mezzi, dovendo precedere la stipulazione della lega defensiva, confermata dalla Dieta, a qualsivoglia trattato di offensiva, ma s  come non ci   peggior sordo di quello che non vuole intendere, cos  quel Senatore⁵⁵ al quale scrissi, non sapendo resistere a i miei forti motivi, ha lasciato di rispondere e per  mi   stato gratissimo che V.ra Signoria Ill.ma li habbia distesi nella scrittura mandatami, poich  faranno forse negli altri quell'impressione che non hanno fatto in lui, non per defetti di cognizione, che ha grandissima, ma per la privatone dell'arbitrio che ha venduto ad altri.

Tuttavia puol essere che almeno salvi l'apparenza, mentre vedr  che havevo partecipato a V.ra Signoria Ill.ma quello che havevo scritto a lui, per non mostrarsi totalmente staccato dall'amore della Patria e soggettarsi a nuovi imbrogli nella futura Dieta che verisimilmente strepiter , se sar  vero quello che V.ra Signoria Ill.ma mi scrive e che comunemente si dice, del-

⁵² Ioannes Gniński, Regni vicecancellarius, cfr ANP XXXIV/1, notam 548, p. 222; epistulam, cuius fit mentio, non inveni.

⁵³ De Moscovitarum res agitur oratore, qui Constantinopoli pacem cum Turcis, Ianuario 1681 oppido Bakčisarai Crimeae signatam, confirmaturus, cfr ANP XXXIV/3, N. 970, 972.

⁵⁴ Theodorus Alekseevič, magnus dux Moscoviae, cfr ANP XXXIV/1, notam 107, p. 48.

⁵⁵ Ioannes Andreas Morsztyn, Regni thesaurarius, cfr ANP XXXIV/3, N. 972.

l'indigenato ottenuto dal Sig. Cancelliero del Regno⁵⁶, perché se permetteranno che i principali Officiali della Corona si soggettino a potenze straniere, si dirà della Polonia quello che fu detto dell'antica Roma "O Urbem venalem et cito perituram, si invenires emacem".

Qua in tanto habbiamo saldato bene la piaga interna dell'Ungheria, con l'intera sodisfazione della Dieta⁵⁷ et ^(c-in parte-c) delli eretici, e ciò faciliterà molto l'aggiustamento ^(d-de Rebelli-d) che sospirano [r] di tornare a godere la libbertà [sic!] conseguita dalli altri, e solo vorrebbero accomodarsi senza positiva contraditione del Turco, col quale sono molto impegnati anche con quantità di ostaggi. Et è sperabile che i Turchi si acquieteranno, doppo che è svanito il disegno di occupare Zatmar⁵⁸, et in conseguenza tutto il paese di là dal Tibisco. Oltre che i Turchi sanno le proprie debolezze, e le forze dell'Imperatore se si rivoltassero tutte contro di lui, e li manca la sicurezza che havevano di veder revoltata tutta l'Ungheria, se la Dieta non finiva felicemente, come con l'aiuto di Dio è seguito. Et hora si armerà potentemente per voltarsi dove bisognerà, sì che qua saremo provediti di mezzi abbondantissimi per resistere e la Polonia, disarmata e vicina alla total ruvina, vuol prescrivere le leggi alli altri e far le leghe come più le piace, e pretende che gl'altri si fidino di lei quando è ripiena di Senatori totalmente contrarii al proprio interesse et al ben pubblico, e questo non può seguire perché gl'altri ancora capacitano quello che è fattibile.

Mi conservi in tanto V.ra Signoria Ill.ma il suo affetto, mentre [...] ^{e)} con dovuto ossequio, resto.

a) *Loco deleti* fine.

b) *Loco deleti* Polonia.

c-c) *Loco deleti* anche.

d-d) *Loco deleti* delli eretici.

e) *le bacio deletum*.

N. 1013.

Opitius Pallavicini Iacobo Wolski, dioecesis Cracoviensis

Varsaviae, 12 I 1682.

⁵⁶ Ioannes Wielopolski, Regni cancellarius, cfr ANP XXXIV/I, notam 31, p. 16.

⁵⁷ Sopronii ordinum Hungariae comitia, die 30 XII 1681 conclusa, quibus nonnulla haereticis concessa.

⁵⁸ Mense Octobri 1681 exercitus, qui Emerici Thököly, Transilvanorum, Valachorum Moldavien-siumque copiis compositus, Szatmar arcem oppugnare coepit, cuius arcis milites imperatori favebant. Controversiis interim cum Thököly ortis reliquerunt aciem Transilvani, quare et tota autumnii 1681 extincta milita, cfr ANP XXXIV/3, N. 866, 878.

*Dispensationem ei extra tempora ad diaconatum et presbyteratum conce-
dit ob necessitatem ecclesiae Palczoviensis⁵⁹ dioecesis Cracoviensis.*

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 81r.

N. 1014.

**Card. Angelus Paluzzo Paluzzi degli Albertoni-Altieri, praefectus
S. Congregationis de Propaganda Fide
Opitio Pallavicini**

Romae, 13 I 1682.

*Nicolao Torosowicz, aepe ritus Armeni Leopoliensi, mortuo commendat
ei, ut quam celeriter dioecesi vacanti provideat ac nomine Vartani Hunanian,
aepe designati, ecclesiae possessionem rebus assumat iuvantibus, ipsum
autem Hunanian Leopolim ut revocet illiusque ecclesiam in manus tradat.*

Reg.: APF, Lettere 71, I parte, f. 6v-7r.

A Mons. Nuntio di Polonia, li 13 Gennaro 1682.
Armeni^{a)}

Essendosi riferito in questa Sacra Congregazione l'avviso dato da V.ra Signoria della morte di Mons. Arcivescovo Armeno di Leopoli⁶⁰, assieme coll'altre considerationi fatte da lei in tal materia, questi Eminentissimi miei Signori hanno giudicato spedito che si scriva a V.ra Signoria, come faccio, di procurare che colla participatione della Maestà del Re sia subito preso possesso di detta Chiesa [7r] a nome di Mons. Vartano Unaniano⁶¹, già da molti anni eletto Coadiutore coll'assenso di Sua Maestà, e che hora deve assumere tal grado ad effetto di levare tutte le opposizioni e male conseguenze che potessero nascere (b-col differir tal possessore^b). Onde s'incarica la diligenza di V.ra Signoria a trovar modo di far sapere a detto Monsignore che quanto prima sia possibile, si porti alla sua residenza. Vostra Signoria dia poi notizia a questa Sacra Congregazione dell'operato, e me le offero.

a) *In margine.*

b-b) *Supra adscriptum.*

⁵⁹ Palczowice, pagus ad Oswiecimii orientem australem, ubi Skawa flumen Vistulam affluit positus; ecclesia parochialis iam saeculo XV illic structa videatur; cfr SGKP VII, p. 825.

⁶⁰ Cfr ANP XXXIV/3, N. 894.

⁶¹ Vartanus Hunanian, Nicolai Torosowicz, aepe ritus Armeni Leopoliensis cum iure successoris coadiutor; cfr ANP XXXIV/3, notam 813, p. 271.

N. 1015.

**Eduardus Cybo, secretarius S. Congregationis de Propaganda Fide
Opitio Pallavicini**

Romae, 13 I 1682.

Donec alius quidam a Congregatione ipsisque Theatinis Collegii Armenorum Leopoliensis praefectus nominetur, qui Antonii Buonhuomo locum sumere possit, istum praefecti munere fungi confirmat.

Reg.: APF, Lettere 71, II parte, f. 83v-84r.

A Mons. Nuntio di Polonia, li 13 Gennaro 1682.

Armeni^{a)}

Non potendosi havere così pronti li soggetti delle qualità, che V.ra Signoria Ill.ma accenna⁶², per mandare nel Collegio Armeno di Leopoli, si compiacerà ella di [84r] servirsi del Padre Buonhuomo⁶³ in quello che lo conoscerà habile, sino a tanto che si possa surrogare in di lui luogo altro Padre, che habbia tutte quelle parti che sono necessarie per ben adempire le commissioni, che V.ra Signoria Ill.ma pensa appoggiarli in servizio di cotesti Greci.

Tale bisogno ho notificato a questi Superiori generali de Theatini, li quali non mancheranno, dopo le debite diligenze, di nominare a questa Sacra Congregatione quelli che giudicheranno capaci di tale impiego per intelligenza e fervore, a fine di conseguirne la solita approvazione. Ch'è quanto devo dire a V.ra Signoria Ill.ma in risposta alla sua de' 3 Dicembre prossimo passato, e le bacio riverentemente le mani.

^{a)} *In margine.*

N. 1016.

**Opitius Pallavicini
Ioanni Casimiro Denhoff, administratori perpetui
abbatiae Clarae Tumbae**

Varsaviae, 13 I 1682.

⁶² Cfr ANP XXXIV/3, N. 920.

⁶³ Antonius Buonhuomo (Bonomi), Theatinus, cfr ANP XXXIV/3, notam 877, p. 297-298. Franciscus Bonesana, Collegii Armenorum Leopoliensis praefectus, priusquam venia illi Roma sit oblata, id Bonomi concessit, ut cum mercatoribus Monacum petere posset, cfr N. 1144.

Controversiis ac rixis apud ordinis Canonorum Regularium de Poenitentia fratres exortis sanguinosis committit ei, ut casu investigato exauditisque testibus rem componat. Orta enim controversia videatur, cum Samuel Brzozowski, conventus Vilmensis, generalatum sibi petens ordinis (quo Benedictus Rysiński, praepositus Videniensis fungebatur officio), praeposituram Videniensem militans cum sequacibus invaserit, suppellectili ac ornamentis despoliaverit, pecuniam triginta milia florenum summa apportaverit, denique Ignatium Zmiącki vicepraepositum incarceraverit.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 80r-81r. F. 80r, in margine: "Commissio pro inquisitione et decisione causae".

Opius etc.

Perillustri et Rev.mo Domino Ioanni Casimiro Denhoff⁶⁴, Abbatiae Clarae Tumbae perpetuo Administratori, Canonico Varsaviensi, Nobis in Christo dilecto, salutem in Domino et diligentiam in commissis.

Noverit Perillustris et Rev.ma Dominatio V.ra expositum Nobis fuisse et esse pro parte admodum Rev.di ac Religiosi in Christo Patris Benedicti Ryszynski⁶⁵, asserti Generalis Ordinis Canonorum Regularium de Poenitentia Beatorum Martyrum et Praepositi Infulati Videniensis⁶⁶, quomodo Religiosi Patres et Fratres Melchior Nizinski⁶⁷ Principalis, et principaliter Adamus Burkacki⁶⁸, Augustinus Cwikiewicz⁶⁹, Lucas Piekielewicz⁷⁰, Demetrius [Cienkiewicz]^{a)} et [Gabriel]^{a)} Piętkiewicz cum aliis praetensis Religiosis ex informatione et consilio moderni Religiosi Patris Samuelis Brzozowski⁷¹, of-

⁶⁴ Ioannes Casimirus Denhoff, conventus Clarae Tumbae abbas commendatorius, cfr ANP XXXIV/3, notam 674, p. 218. Processus, cui Denhoff anno 1682 praesidebat, acta duplicata servantur in: Archiwum Kapituły Krakowskiej, Libri Archivi, Litterae ab a. 1653 ad a. 1800, N. 37, ff.66r-113r.

⁶⁵ Benedictus Rysiński (Ryszynski) anno 1669 prioris ordinis generalis et praepositi monasterii Videniensis officio (quo et anno 1674 fungebatur) utebatur; cfr AV, Congr. Vescovi e Regulari, Positiones Regul. 1683, s.f.

⁶⁶ Monasterium ecclesiaeque ordinis Canonorum Regularium Beatorum Martyrum de Poenitentia Videniensis nomine Sancti Laurentii a Martino Giedroyć duce fundati, qui id etiam est adeptus, ut infulati dignitate omnis conventus ornaretur praepositus; cfr Bruździński, p. 30.

⁶⁷ Melchior Nizynski, primus ordinis provinciae defnitor, dein, cum monasterii Vilmensis praepositi fungebatur officio et facultate super haeresi et casibus reservatis dispensandi die 16 IV 1681 praebitus; cfr Archiwum Kapituły Krakowskiej, Libri Archivi, Litterae ab a. 1653 ad a. 1800, N. 37, f. 66r; ANP XXXIV/2, N. 346.

⁶⁸ Adam Burkacki provinciae tunc prioris fungebatur munere; cfr Archiwum Kapituły Krakowskiej, Libri Archivi, Litterae ab a. 1653 ad a. 1800, N. 37, f. 66r.

⁶⁹ Augustinus Cwikiewicz monasterii Sancti Marci Cracoviensis praepositi 1693, 1695, 1697 annis fungebatur officio; cfr Bruździński, p. 46.

⁷⁰ Lucas Piekielewicz (Piekelewicz, Pikielewicz) monasterii sancti Marci Cracoviensis praepositi officio annis 1684, 1686 et 1690 fungebatur; cfr Bruździński, p. 46.

⁷¹ Samuel Brzozowski (Brzezewski) prioris ordinis generalis officio praepositique Trzcianensis utebatur; cfr Archiwum Kapituły Krakowskiej, Libri Archivi, Litterae ab a. 1653 ad a. 1800, N. 37,

ficium eius Generalatus nulliter, et indebite (ut asseruit) sibi usurpantis, et ad regimen [80v] eius ad praesens se nulliter intromittentis, illudque sibi usurpantis, eidemque capitalissimi hostis, in loco quasi Monasterii Particularis Vilmensis⁷² commorantis, privata autoritate sibi habitum religiosum usurpantes, facta conspiratione in vitam exponentis associatis sibi plurimis personis saecularibus, die 20 mensis Augusti anni praeteriti, Praeposituram Videniensem animo eundem e vivis auferendi, armata manu invadere, et facta invasione, invento in eadem Praepositura Religioso Patre Ignatio Zmiački⁷³, eius Vicepraeposito, dicti vero Ordinis antiquo professo, eundem vinctum incarcerare, incarceratumque summopere concutere et converberare, familiam ecclesiasticam et domesticam, receptis ab omnibus aedificiis et ipsamet Ecclesia clavibus, magno tumultu et clamoribus expellere, ac demum primo Ecclesiam Videniensem omni apparatu et ornamentis pretiosissimis, nec non argento ac vasibus sacris, tandem domum praeposituralem more hostili cuncta suppellectili, quantam et qualem invenerunt, totaliter spoliare et denudare, pecuniam ex proventibus dictae Praepositurae per praedictum Vicepraepositum collectam ad notabilem summam ascendentem rapere, per huiusmodique spoliolum maximum damnum tam dicto beneficio quam exponenti circiter ad triginta millia florenorum Polonorum inferre non erubuerunt, et nisi Religiosus Pater Ignatius incarceratus et vestitu regulari denudatus, providentia et auxilio Divino eidem adminiculante ex carceribus aufugisset, eundem procul dubio e vivis sustulissent, qua pecunia recepta et spoliis praedictis nescitur quo asportatis, beneficium saepedictum detinere minime verentur.

Petitumque insimul a Nobis pro parte eiusdem Exponentis, quatenus eidem in praemissis iustitiam ministrare et eorum excessus, quos plurimos in dies magis ac magis committere praesumunt, corrigere autoritate Apostolica dignaremur.

Nos aliis negotiis detenti ac ex rationibus animum Nostrum moventibus commissionem in personam Perillustris et Rev.mae Dominationis V.rae, de cuius prudentia, conscientia et in rebus gerendis dexteritate et experientia multum in Domino confidimus, autoritate Apostolica, qua virtute Legationis fungimur, decrevimus, et ad eum effectum commissionem ex Cancellaria Nostra extradere mandavimus, prout per praesentes extradimus. Requirentes in Domino Perillustrem et Rev.mam Domi[81r]nationem V.ram, et per

f. 66r. Idem verisimiliter Samuel Brzeżewski monasterii sancti Marci Cracoviensis praepositi annis 1636-1640, 1642, 1645, 1653, 1664 utebatur officio; cfr Bruzdziński, p. 44-45.

⁷² Monasterium ecclesiaeque ordinis Canonicorum Regularium Beatorum Martyrum de Poenitentia Vilmensis Sancti Bartholomaei Apostoli nomine anno 1644 a Iacobo Proniewicz Załamaj, Vilmensi, uxoreque ac a Ioanne Rajski fundatus; cfr Bruzdziński, p. 31.

⁷³ Ignatius Zmiački, vicepraepositus Vidiniensis prioris eodem tempore monasterii Poniemiensis fungebatur officio. Anno dein 1669 scimus eum vicarium generalem vicepraepositumque Videniensem, anno autem 1683 monasterii Cracoviensis praepositum fieri, cfr Archiwum Kapituły Krakowskiej, Libri Archivi, Litterae ab a. 1653 ad a. 1800, N. 37, f.66r; AV, Congr. Vescovi e Regulari, Positiones Regul. 1683, s.f.; Bruzdziński, p. 46.

Apostolica scripta praesentia mandantes, quatenus visis et receptis praesentibus literis, assumpto notario sibi bene viso vocatisque partibus praedictis ad sui praesentiam vel alias citatis ad se iudiciumque suum, fundataque in iisdem causis tam spoli et invasionum, quam et usurpationis officii Generalatus per Patrem Samuelem Brzozowski sua iurisdictione commissoriali, seu potius Nostra Apostolica, easdem causas servatis iuris ordine et forma, etiam cum omnibus aliis excessibus anterioribus et subsequentibus quicunque per Patrem Exponentem contra eosdem propositi fuerint, non obstante citatione ex Cancellaria Tribunalis Nostri in causa officii Generalatus contra eundem emanata cognoscat, ac praevia litis contestatione et expedita per se vel commissarios inquisitione, receptisque aliis partium probationibus, et auditis earum controversiis, propositionibus, exceptionibus et aliis defensis iuris et facti, eandem causam et alias omnes ratione exorbitantiarum antiquiorum et recentiorum per quoscunque Religiosos dicti Ordinis commissarum ex actoratu dicti Exponentis, finali et definitiva sententia, prout de iure et iuxta Sanctorum Canonum praescriptum, pro sua conscientia et prudentia determinet et decidat.

Nos enim Perillustri et Rev.mae Dominationi V.rae ad praemissa omnia et singula omnimodam auctoritatem et facultatem Nostram Apostolicam desuper necessariam et opportunam etiam citandi, ac rebelles et quomodolibet iurisdictioni suae se opposcentes, aut etiam impedire volentes remediis ac censuris ecclesiasticis compescendi et cohibendi pro hac vice tantum, et causis praedictis praesentibus damus et concedimus. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae ex Palatio N.ro Apostolico, die 13 mensis Ianuarii, Anno Domini 1682.

^{a)} *Locus in registris vacat. Data secundum actus processus suppleta, cfr Archiwum Kapituły Krakowskiej, Libri Archiwi, Litterae ab a. 1653 ad a. 1800, n. 37, f. 66r.*

N. 1017.

Opitius Pallavicini
Stanislao Całowański, episcopatus Plocensis
administratori generali

Varsaviae, 13 I 1682.

Committit ei, ut in quartum consanguineitatis gradum cum Andrea Butwit Margaretaque Targońska, vico Łazy, dioecesis Plocensis, dispenset.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 81r-82r. F. 81r in margine: "Commissio dispensationis matrimonialis in 4.o gradu affinitatis et consanguinitatis".

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Perillustri et Rev.mo Domino Administratori Generali Episcopatus Płocensis⁷⁴, salutem etc.

Exhi[82v]bita Nobis pro parte dilectorum in Christo Andreae Butwit et Margarethae Targońska, ex pago Łaze nuncupato, dioecesis Płocensis ortorum petitio continebat, quod cum dicta Margaretha in dicto loco propter illius angustiam virum sibi non consanguineum vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, cupiunt Andreas et Margaretha praefati invicem matrimonialiter copulari, sed quia quarto consanguinitatis gradu invicem sunt coniuncti, desiderium suum hac in parte absque Sedis Apostolicae dispensatione adimplere non possunt. Quare iidem Andreas et Margaretha asserentes se ex dicto pago satis angusto et trecenta focolaria non excedente, imo nec attingente, et ex honestis familiis ortos existere, Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus eis in praemissis de opportuna dispensationis gratia providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur eosdem Andream et Margaretham a quibusvis etc. censentes, ac certam de praemissis notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae, de qua in his specialem in Domino fiduciam obtinebimus, per praesentes committimus, ut de et super praemissis te diligenter informes, et si per informationem eandem ut supra veritate niti narrata repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, constituto de paupertate supplicantium, propter quam nec Romam recurrere, nec expensas necessarias facere possunt, et dummodo mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat, et ipsis aliud canonicum non obstet impedimentum, ut non obstante dicto quarti consanguinitatis gradus impedimento, matrimonium inter se publice servata forma Concilii Tridentini contrahere, illudque in facie Ecclesiae solemnizare, et in eo postmodum remanere libere et licite valeant, autoritate Apostolica, qua vigore facultatum a Sacra Congregatione S.ti Officii Nobis ad N.rae Legationis tempus indultarum, quarum tenor inferius inseretur, gratis omnino dispenses, prolem suscipiendam exinde legitimam declarando. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae etc., die 13 mensis Ianuarii, Anno Domini 1682.

Tenor [82r] autem dictarum facultatum est qui sequitur: N.o 3.o. dispensandi in 3.o et 4.o simplici et mixto tantum cum pauperibus in contrahendis etc. et in his casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

⁷⁴ Stanislaus Całowański (ca. 1615-1690), epus titularis Lacedaemoniensis, suffraganeus Plocensis ab anno 1664, periodo autem 8 VIII 1681-1682 dioeceseos administrator; cfr Szostkiewicz, p. 422.

N. 1018.

Opitius Pallavicini

**Ioanni Waxman, archidiacono Zawichostensi, canonico Cracoviensi
et Simoni Makowski, Universitatis Cracoviensis rectori**

Varsaviae, 13 I 1682.

Imponit eis, ut re diligenter investigata sancti Simeonis Apostoli sanctique Stanislai in ecclesia archipresbyteriali BMV Cracoviensi altariam Martino Źródłowicz eiusdem ecclesiae poenitentiario si dignus reperiat, committant.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 82r-v. F. 82r, in margine: "Provisio Altariae".

Opitius etc.

Dilectis Nobis in Christo Perillustribus et admodum Rev.dis Dominis Ioanni Waxman⁷⁵, Archidiacono Zawichostensi, Canonico Cracoviensi, nec non Simoni Makowski⁷⁶, s. theologiae doctori, Ecclesiae Collegiatae s. Floriani Canonico et Almae Universitatis Cracoviensis Rectori, salutem etc.

Literarum scientia, vitae ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendatur testimonio Rev.dus Martinus Źródłowicz, Ecclesiae Archipresbyteralis Beatae Mariae Virginis Cracoviensis Poenitentiarius, nos inducunt, ut sibi ad gratiam reddamur liberales.

Cum itaque sicut accepimus Altare s. Simonis Apostoli et Stanislai Episcopi in Ecclesia praedicta Archipresbyterali situm, post liberam resigna-

⁷⁵ Ioannes Waxman, canonicus Cracoviensis ac archidiaconus Zawichostensis; dies, qua Capitulum inierit Cracoviensem, apud Łętowski non apparet, etsi dictum anno 1682 archidiaconum illum fieri; cfr Łętowski IV, p. 212.

⁷⁶ Simeon Stanislaus Makowski (ca 1612 - 1 I 1683) vir theologiae philosophiaeque peritissimus, Academiae Cracoviensis professor ac rector, collegiatae Sancti Floriani Cracoviensis custos ab anno 1665, collegiatae Lancienensis cancellarius, parochus Nasiechowiciensis, canonicus Omnium Sanctorum collegiatae Cracoviensis, cuius praepositus anno 1682 exeunte factus, a die 24 XII 1682 canonicus cathedralis Cracoviensis, Academiae per tredecim cadentias rector annis 1668/9-1682. Curiae Cracoviensis acta die 27 IX 1681 custodem eum Sancti Floriani nominant, vita tamen a Stanisłao Piech in *Libro aureo* edita eiusdem collegiatae canonicae non fit mentio: certe per errorem in epistula nostra canonici Sancti Floriani utitur titulus; cfr Arch. Kurii Metropolitalnej, Kraków, Acta Episcopalia 67 f. 13v-14r; L. Hajdukiewicz, *Makowski Szymon Stanisław*, w: PSB XIX, p. 244-246; S. Piech, *Szymon Stanisław Makowski*, in: *Żłota księga Papieskiej Akademii Teologicznej*, p. 261-268.

tionem admodum Rev.di Iacobi Zelazowski⁷⁷, Scholastici Tarnoviensis et Canonici Boboviensis, illius ultimi et immediati possessoris in mense Novembri anno praeteriti 1681 Sanctae Sedi Apostolicae reservato factam, vacaverit et vacet ad praesens, nullusque de illo praeter Sanctissimum Dominum N.rum et Nos hac vice disponere potuerit sive possit, Nos sufficienti ad id facultate per eundem Sanctissimum Dominum N.rum eandemque Sanctam Sedem vigore literarum Apostolicarum muniti, ipsum Martinum specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, imprimis a quibusvis etc. censentes, discretionibus V.ris in solidum committimus et mandamus, ut constito sibi prius, quod narrata veritate nitantur, et dictus Rev.dus Martinus ad illud obtinendum habilis, et idoneus reperiatur, super quo conscientiam discretionum V.rarum seu alterius Vestrum oneramus, ac recepto prius a suprascripto Rev.do Martino iuxta praescriptum Sacri Concilii Tridentini super catholicae fidei professione, tum de obedientia et reverentia Nobis et Nostris pro tempore Successoribus, nec non Ill.mo Loci Ordinario, eiusque Successoribus, deque non alienandis dicti Altaris bonis, quinimo alienatis pro posse recuperandis, iuribus et privilegiis eiusdem manutenendis solito corporali iuramento, servatisque caeteris ad praescriptum Sacri Concilii Tridentini servandis, eundem Rev.dum Martinum provideant seu provideat, instituant et investiant seu instituat et investiat in Dei Nomine, ipsumque vel eius legitimum Procuratorem in et ad realem, actualem et corporalem possessionem dicti Altaris ac illius annexorum, iuriumque et pertinentiarum quarumcunque inducant seu inducat, et inductum defendant seu defendat amoto exinde quolibet illicito detentore, faciendo ipsi de omnibus fructibus, proventibus, redditibus, censibus, decimis et aliis quibusvis emolumentis responderi. Contradictores autoritate Apostolica per censuras ecclesiasticas et alia opportuna iuris remedia compescendo. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae etc., die 13 mensis Ianuarii 1682.

N. 1019.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 14 I 1682.

⁷⁷ Iacobus Zelazowski († 1693), canonicus Boboviensis et scholasticus Tarnoviensis annis 1679-1690, ab anno 1690 archidiaconus Novosandeciensis; cfr Herzig, p. 58; ANP XXXIV/2, N. 339.

Quibusdam tantum, quibus de rebus litteris 20 XII 1681⁷⁸ tractabatur, ad hoc temporis se respondere posse recusat, praecepta autem illic tradita servaturum se esse promittit.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 14r.

N. 1020.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 14 I 1682.

Epistula est ad duas, unam a Stanislao Dąbski, epo Luceoriensi, alteram autem a rege ipso conscriptas, introductoria. Epo enim iam ad Plocensem praeconizato nonnulla exorta dubia, sicut in dioecesi non residuerit, itaque et ipse rem explanat, et a rege nonnulla pro illo scripta.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 18r-v.

Eminentissimo et Rev.mo Signor etc.

Sotto li 4 Ottobre⁷⁹ V.ra Eminenza mi significò, come sendo stata preconizzata la traslatione di Mons. Vescovo di Luceoria⁸⁰ alla Chiesa di Plosco, Sua Santità era stata avvertita che questo Prelato non era quasi mai riseduto in Luceoria et in oltre ch'era stato trasferito un'altra volta, cose per le quali Sua Beatitudine haveva giudicato espediente di far sospendere la speditione.

Diedi parte di queste due difficoltà a Mons. Vescovo perché si giustificasse, et esso, per toglierle, dedusse ciò che vedesi nel foglio A⁸¹. In oltre Sua Maestà ha scritto a me sopra questo soggetto la lettera che mando⁸², nella quale parla a favore della traslatione e sminuisce in parte il difetto della non residenza. Ho sentito sopra i medesimi punti [18v] qualche testimonio estragiudicialmente, e dal detto di questi si deduce la contrarietà dell'aria alla salute di Monsignore nel luogo della solita residenza, e la dif-

⁷⁸ Cfr ANP XXXIV/3, N. 961-962.

⁷⁹ Cfr ANP XXXIV/3, N. 794.

⁸⁰ Stanislaus Dąbski, epus Luceoriensis nominatusque Plocensis.

⁸¹ Cfr A. 1.

⁸² Cfr N. 989.

ficoltà di risedere nella Diocesi in luogo d'aria migliore per difetto di comoda habitatione. Hor se bene con tutto ciò non viene sodisfatto pienamente sopra il difetto della residenza, nondimeno cavandosi motivo degno d'esser considerato in ordine alla traslatione dalla contrarietà dell'aria e potendo per ciò essere che N.ro Signore voglia usare verso Monsignore della sua gratia, ho stimato bene ragguagliare V.ra Eminenza dello stato, nel quale è quest'affare. E le fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 14 Gennaro 1682.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo etc.
Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 1021.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 14 I 1682.

Explanatione ab epo Plocensi nominato conscripta, quem in Luceoriensi nonnulli non residere significabat, pontificem translationem probaturum esse promittit. Interim a se Ioannis Stanislai Witwicki epi Kioviensis ad Luceoriensem dioecesim processum Carolo Barberini Regni protectori mandari asserit. De Witwicki ipsius autem virtutibus et regis confidentia pergens fructus dioeceseos Luceoriensis minimos significat et ideo petit, ut venia epo abbatiam Benedictinorum Plocensem retinendi concedatur.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 15r-16r.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Havendo Mons. Vescovo di Luceoria⁸³ portato motivi tali in ordine alla sua traslatione alla Chiesa di Plosco che credo possa N.ro Signore volere usar seco della sua clemenza e benignità, e considerando come in quel caso si faria luogo a vedere se in Mons. Vescovo di Chiovia⁸⁴, a favor del quale

⁸³ Stanislaus Dąbski, epus Luceoriensis nominatusque Plocensis. Epistula eius, qua cur in dioecesi non residuerit, explanatur cfr A. 1.

⁸⁴ Ioannes Stanislaus Witwicki, epus Kioviensis nominatusque Luceoriensis, cfr ANP XXXIV/1, notam 96, p. 45.

Sua Maestà supplica perché venga trasferito a Luceoria, concorrano i requisiti necessarii, mi sono mosso alle replicate istanze di Monsignore a formare il solito processo sopra le sue qualità e stato della Chiesa di Luceoria, qual processo mando con questa posta al Sig. Cardinal Protettore del Regno⁸⁵, e [15v] dovendo qui dar conto di quel che m'occorre circa lo stesso, dirò brevemente come i testimonii esaminati meritan fede et il Prelato è molto degno, come vedesi dal processo e co[n]sta a me per esperienza, trattandosi per lo più seco d'ordine del Re gl'affari di cotesta Corte et anche altri Politici, havendo Monsignore molto credito e stima presso Sua Maestà, che l'ama a proportione.

Supplicherà Monsignore per la retentione d'una Abbadia di Plosco dell'ordine di S. Benedetto⁸⁶, quale ha in commenda, non bastandole l'entrate di Luceoria per vivere secondo il suo grado. Il Monastero vi consente et egli non ha beni proprii o pure sono di poco momento, e per altro [16r] è meritevole, e spero che sarà grato, vedendosi beneficato dalla Santa Sede. Questi motivi stimo doversi anteporre da me per la deliberatione della gratia. Et all'Eminenza V.ra fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 14 Gennaro 1682.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo etc.
Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 1022.

"Avviso"
ab Opitio Pallavicini
ad Secretariam Status transmissum

Varsaviae, 14 I 1682.

Nuntiat militem quendam, captivitate liberatum, de rumoribus referre, qui apud Tartareos de Turcarum cum Moscovitis pace extiterint, velut numquam confirmaretur. Ideo paeniteat illos Basilium Šeremet'ev generalem Andreamque, Romodanowski generalis filium, captivitate laborari sua, cum pecuniae solutionem reicerint. Dein et nonnulla de Tartareorum in Białogród oppido ac Cameneciae militia illum nuntiare.

⁸⁵ Carolus Barberini SRE cardinalis, Regni protector. Processus Ioannis Stanislai Witwicki ad dioecesim nominati Luceoriensem cfr ANP XXXIV/3, A. 18.

⁸⁶ Comissa est Ioanni Stanislao Witwicki abbatia Benedictinorum Plocensis commendatoria, cum a Thoma Ujejski abbate anno 1676 deposita esset; cfr AV, Dataria Ap., Per Obitum 70 f. 200v.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 23r-v.

Varsavia, 14 Gennaro 1682. Foglio a parte.

Un soldato Polacco di qualche conditione, ch'è stato molti anni prigionero in Bialogrod⁸⁷, giunto i di passati in Javorovia, riferiva al Re come i Tartari, nella cattività de' quali era stato, temevano assai che non fosse per stipolarsi la pace de' Moscoviti colla Porta⁸⁸, stante il che si dovevano d'haver posto in libertà il Generale Scermet⁸⁹ et il figlio del Generale Romadanowski⁹⁰, ranzonati il primo in 70 mila tallari leoni, et il 2.o in 40 mila, e quello per la conditione loro e per la gran peritia che haveranno acquistato della Crimea, il che consideravano che potria ridondare in loro danno.

Ha riferito lo stesso, che svernava in Bialogrod un figlio del Cham⁹¹ con grosso numero di Tartari e che faceva lo stesso in Valachia un altro figlio del Cham.

[23v] Aggiunge il medemo che gran numero de' giannizzeri e spahi della guarnigione di Caminietz havevano passato il Danubio. Notitie, che quando siin vere (ricercando queste tali la confermatione), fanno sospettare che i Turchi habbino mira all'Ungheria.

N. 1023.

Opitius Pallavicini

Eduardo Cybo, secretario S. Congregationis de Propaganda Fide

Varsaviae, 14 I 1682.

De Nicolai Torosowicz, aepi ritus Armeni Leopoliensis, successione denuo agitur, cum Armenis sibi ipsis ius aepum eligendi quaerentibus non minimae

⁸⁷ Białogród, oppidum Euxini litorale occidentem septentrionalem spectans apud Tartareos Akerman, hodie Belgorod Dnestrovski in Ucraina nominatum, Tyrae stoma adiacens.

⁸⁸ Pax Moscovitarum cum Turcis cameo Crimaeae mediante Bakčisarai oppido anno 1681 ineunte contracta, nondum erat signata.

⁸⁹ Basilius Borisovič Šeremet'ev (ca 1622 – Maius 1682), Moscovita potens, anno 1658 Kioviae palatinus, ad Cudnów pugna a Polonis captus, dein Tartareis redditus. Horum in captivitate ad Novembrem mensem 1681 remansit, quo tempore una cum Romodanowski filio est redemptus. A Tartareis deinde Novembre 1681 ineunte Chovanski generalis in manus traditus est oppido Perewooczynia ad Borysthenis ripam sito; cfr Russkij biografičeskij slovar' XXIII, p. 136-158; Kostomarov IX/3, p. 147.

⁹⁰ Andreas Gregoriades Romodanowski, principis Gregorii filius natu minor, anno 1668 Ucrainensi intererat militiae, unde contra Doroszenko atamanum pugnans a Tartareis est captus. Novembri mense 1681 una cum Šeremet'ev redemptus. Princeps pater eius interim Gregorius rebellione militum Maio 1682 interfectus; cfr Russkij biografičeskij slovar' XVII, p. 76-77.

⁹¹ De Murad Gerej cami Crimensis agitur filiis.

de re exortae sint controversiae. Vartano Hunanian, aepto a Sede nominato, a rege etsi dubitanter approbato secundum papae voluntatem rem eventuram credit, etsi certe nominati regressum maxime commendabilem censet. Dein de rumoribus refert qui Hunanian in Armenia conventu quodam morantem significant. Denique pro epistulis 20 XII 1681 gratias agit.

Or.: APF, SOCG 483 f. 282r-283v.

Illustrissimo e Rev.mo Signor, Padron mio Ossequendissimo.

Sono due poste che scrissi in Segreteria di Stato in che termini era l'affare dell'Arcivescovato Armeno di Leopoli⁹², e ciò perché desideravo un breve di Sua Santità per essere meglio munito contro tutti gl'attentati et intraprese, che si volessero fare qui. Io suppongo che la lettera sarà stata comunicata alla Sacra Congregatione, onde tralascio di rappresentarlo a V.ra Signoria Ill.ma, mentre, come scrissi già, altro non vi è, se non che trovo molte difficoltà in fare ricevere Mons. Vartano⁹³, ch'era Coadiutore cum futura successione e che travaglio per superarle.

Quando le cose siin ridotte all'estremo per la durezza [282v] della Natione in voler essa nominar la persona, sono quasi assicurato che mi potria riuscire d'operare sotto mano, che fra i nominati della Natione vi fosse anco Mons. Vartano Unaniano, hor, havendo il Re quanto a sé dato già il consenso per lui, doveria persistere in volerlo, né ciò seria di pregiudicio [sic!] perché noi non consentiressimo, e seria una cosa fatta fra il Re e la Natione, e senza nostra approvatione, et un'altra volta solo Sua Maestà doveria essere circospetta in non nominare, se non doppo haver sentita la Natione. Se è possibile, non userò di questo ripiego et in ogni caso procurerò [283r] d'haver tempo per consultar sopra ciò la Sacra Congregatione.

Monsignor Vartano non è in Constantinopoli [sic!] e le mie lettere, dirette per via di Leopoli già sono andate incaminate per Hisdrum, ove il Padre Bidau [Pidou]⁹⁴ scrive di Constantinopoli che Mons. Vartano si trova ritirato in un Monastero di Monaci Armeni. Le lettere, scritte da me allo stesso per via di Vienna, dovevan partire di giorno in giorno con l'Inviato cesareo Conte Caprara⁹⁵. Io ho voluto accennare a V.ra Signoria Ill.ma ove si trovi Mons. Vartano, per quel caso che anco di costà se le volesse scrivere.

⁹² Epistula Alderano Cybo cardinali die 31 XII 1681 data, cfr ANP XXXIV/3, N. 986.

⁹³ Vartanus Hunanian, Nicolai Torosowicz aepti ritus Armeni Leopoliensis, qui Octobri mense 1681 mortuus, cum iure successionis coadiutor.

⁹⁴ Ludovicus Maria Pidou, Theatinus, cfr ANP XXXIV/3, notam 36, p. 14.

⁹⁵ Albertus comes Caprara, imperatoris orator ad Turcas missus, cfr ANP XXXIV/3, notam 1060, p. 360.

Importa sommamente che venghi subito, e si [sic!] fosse qui, crederci che non vi fosse da penare tanto [283v] per stabilirlo nel suo posto. Che è quanto m'occorre riferire a V.ra Signoria Ill.ma, alla quale bacio riverentemente le mani. Varsavia, 14 Gennaro 1682.

Di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma

(^a-Doppo scritto, ricevo la benignissima di V.ra Signoria de' 20 del caduto⁹⁶ e le rendo humilissime gratie delle notitie, comunicatemi sopra la sudetta materia con tanta prontezza, diligenza e chiarezza, come le ratifico sempre più

divotissimo servitore obligatissimo e vero
Opizio Arcivescovo d'Efeso^{a)}

^{a-a)} *Autographum.*

N. 1024.

Opitius Pallavicini
card. Francisco Buonvisi, nuntio apostolico Vindobonae

Varsaviae, 14 I 1682.

De novis refert nuperrime ab Oriente allatis (cfr N. 1022), etsi iam a Ioanne Gniński Regni vicecancellario eum certiore de rebus credit factum. Dein de Moscovitarum oratore nuntiat: novae de illo post Pascham tantum Constantinopolim profecturo a Ioanne Christophoro Zierowsky mandatario procedant, Vindobona quidem oriundae. Pro epistula 5 I 1682 gratias agit.

Or.: AS Lucca, Arch.Buonvisi II parte, filza 51 n. 86.

Eminentissimo et Rev.mo Signor etc.

Mi rallegro che V.ra Eminenza sii in Vienna, libera dalle facende tumultuose della Dieta⁹⁷, et in luogo ove non patirà l'incomodi sofferti in Ungheria.

Qui non vi sono nuove che meritino d'essere riferite, solo s'ha qualche avviso che dà a bocca un soldato, ritornato dalla cattività di Bialagrod, quali

⁹⁶ Cfr ANP XXXIV/3, N. 963.

⁹⁷ De Hungariae ordinum comitiis, Sopronii die 30 XII 1681 conclusis, res agitur.

so essere state comunicate a V.ra Eminenza dal Sig. Vicecancelliere⁹⁸, ma questi avvisi richiedano confirmatione.

Havendo voluto sapere l'origine della nuova che l'Ambasciatore Moscovita per la Porta⁹⁹ non partiria che doppo Pasqua, ho occasione di credere che sii stata [v] originata dall'havere questo Sig. Residente¹⁰⁰ dato tale avviso al Re, doppo haverlo esso ricevuto da Vienna, e che si sii sparso poi da Sua Maestà, onde si è creduto che l'havesse havuto a dirittura da Moscovia. Et accusando a V.ra Eminenza la benignissima sua de' 5 corrente¹⁰¹, le fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 14 Gennaro 1682.

Di V.ra Eminenza

^(a)humilissimo etc.

Opizio Arcivescovo d'Efeso^{a)}

^{a-a)} *Autographum.*

N. 1025.

**Opitius Pallavicini
Stephano Bieniewski, dioecesis Posnaniensis**

Varsaviae, 14 I 1682.

Super irregularitate, quam Sueticis aliisque fidei sanctae inimicis oppugnans contrahere potuerit, eum absolvet, ne a sacris ordinibus prohibatur.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 82v-83r. F. 82v, in margine: "Dispensatio ab irregularitate ad cautelam".

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Stephano Bieniewski¹⁰², dioecesis Posnaniensis, salutem in Domino sempiternam.

Exponi Nobis fecisti, quod fervore devotionis accensus ad statum spiritualem aspires et in eodem reliquum vitae tempus Altissimo consecrare cupias, cui desiderio obstare possit timor irregularitatis exinde contractae,

⁹⁸ Ioannes Gniński, Regni vicecancellarius, cfr N. 1022.

⁹⁹ Moscovitarum ad Turcas orator, qui pacem mense Ianuario 1681 oppido Bakčisarai conclusam confirmaturus.

¹⁰⁰ Ioannes Christophorus Zierowsky, imperatorius in Re publica mandatarius.

¹⁰¹ Cfr N. 997.

¹⁰² Oriundus est ille Stephanus Bieniewski signo Kolumna familia regionem Sochaczewiensem incolarum; cfr Boniecki I, p. 245; N. 1040.

quod militem contra Suecos aliosque fidei catholicae hostes egeris, et potuit contingere, quod aliquem ex hostibus, uti casus belli ferunt, occideris. Unde Nobis humiliter supplicasti, ut tecum super irregularitate, si quam exinde incurristi, de Apostolica benignitate dispensare dignaremur.

Nos igitur supplicationibus tuis inclinati, te a quibusvis etc. censentes tecum super dicta irregularitate, si quam incurristi, tenore praesentium autoritate Apostolica, qua virtute Legationis Nostrae fungimur, dispensamus et quamcunque irregularitatis maculam a te abstergimus et abolemus, adeoque ut ad primam tonsuram et [83r] quattuor minores, et successive omnes sacros etiam presbiteratus ordines quatenus idoneus existas, nullumque aliud canonicum tibi obstet impedimentum, promoveri servatis servandis, et postquam in illis fueris promotus in altaris ministerio ministrare, et sacrificium Altissimo offerre, nec non quaecunque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura dummodo plura non sint, quam quae iuxta Sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur libere et licite recipere et retinere possis et valeas, eadem autoritate Apostolica dispensantes licentiam concedimus et indulgemus. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae etc., die 14 Ianuarii.

N. 1026.

Opitius Pallavicini

Nicolao Oborski, suffraganeo Cracoviensi

Varsaviae, 14 I 1682.

Imponit ei, ut super irregularitate cum Felice Skorski conventus Eremitarum Sancti Augustini Cracoviensis fratre dispenset, ne oculi defectu dexteri a sacris prohibatur ordinibus. Eidem Skorski extra tempora ad ordines sacros dispensationem concedit.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 83r. In margine: "Commissio dispensandi super irregularitate ex defectu oculi dextri".

Commissio dispensandi super irregularitate ex defectu oculi dextri tenoris sequentis:

Opitius Pallavicinus etc.

Dilecto Nobis in Christo Perillustri et Rev.mo D.no Nicolao Oborski¹⁰³, Suffraganeo et Officiali Generali Dioecesis Cracoviensis, salutem etc.

Exhibitum Nobis fuit pro parte Rev.di Fratris Felicis Skorski, Ordinis Eremitarum S.ti Augustini Conventus Cracoviensis, qualiter ipse, ut Deo proximius, animarum saluti et sui Ordinis ecclesiarum occurrentibus necessitatibus servire possit, sacris cupiat ordinibus insigniri. Verum quia defectum in oculo dextro patitur, desiderium suum hac in parte absque Sanctae Sedis Apostolicae dispensatione adimplere non possit. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, quatenus de benignitate Apostolica secum dispensare dignaremur.

Nos igitur ipsius precibus benigne inclinati ipsumque Rev.dum Fratrem Felicem a quibusvis excommunicationis etc. censentes, Dominationi V.rae Rev.mae committimus, quatenus inspecto et bene considerato defectu praedicto repertoque quod ex eo tanta non proveniat deformitas, quae scandalum in populo generare aut Divinis impedimentum praestare possit, super quo conscientiam Dominationis V.rae Rev.mae oneramus, cum eodem, dummodo ad id idoneus reperiatur, et nullum aliud canonicum ei obstet impedimentum, ut defectu praedicto non obstante ad omnes sacros etiam presbyteratus ordines promoveri, et in illis promotus in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre possit et valeat, auctoritate Apostolica, qua virtute Legationis N.rae fungimur, dispenset. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae etc., die 14 Januarii 1682.

Die dicta [14 I 1682] dispensatio extra tempora ad omnes sacros ordines, concessa eidem Rev.do Fratri Felici ob necessitatem Ecclesiae Conventus praedicti Cracoviensis.

N. 1027.

Opitius Pallavicini

Casimiro Severino Wałaszewicz, diacono dioecesis Cracoviensis

Varsaviae, 14 I 1682.

Extra tempora ad presbyteratum dispensationem ei concedit, ob necessitatem ecclesiae in villa Cerekiew¹⁰⁴ dioeceseos Cracoviensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 83v.

¹⁰³ Nicolaus Oborski, episcopus tit. Laodicensis, suffraganeus et officialis generalis Cracoviensis, cfr ANP XXXIV/1, notam 142, p. 62.

¹⁰⁴ Duo pagus Cerekiew nomine appellati in dioecesi locati Cracoviensi: unus ad Radomiam, alter ubi Raba flumen Vistulam influit situs. Utrum intenditur nonnims certum habeo.

N. 1028.

Opitius Pallavicini
Nicolao Oborski, suffraganeo Cracoviensi

Varsaviae, 14 I 1682.

Committit ei ut cum Blasio Krauzowski, ecclesiae in vico Niedźwiedz praeposito super irregularitate dispenset, quam controversiarum tempore, quae de contributione solvenda extiterunt, excommunicatus contraxit celebrans.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 83v-84r. F. 83v, in margine: "Commissio dispensandi ab irregularitate."

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Perillustri et Rev.mo Domino Nicolao Oborski, Suffraganeo et Officiali Generali Cracoviensi, salutem etc.

Oblata Nobis pro parte dilecti Filii Blasii Krauzowski, Praepositi in villa Niedzwiedz¹⁰⁵ petitio continebat, qualiter exorta lite inter ipsum et Proconsulem, Consulesque Oppidi Słomniki¹⁰⁶ super solutione contributionum publicarum, in contumaciam ad ipsarum solutionem condemnatus fuerit, eoque titulo excommunicatus, post quam quidem excommunicationem cum adversariis controversiam praedictam composuit, et per huiusmodi compositionem excommunicationem cessasse ratus, absque absolutione a censura praedicta se bona fide Divinis immiscuit, et eadem durante eousque continuavit, quo pars adversa a dicta compositione resiliendo seu eam negando eundem declarari petierit irregularem. Unde ad Nos recursum habuit et humiliter supplicari fecit, quatenus secum super irregularitate, si quae ex praemissis foret incurta, de benignitate Apostolica dispensare dignaremur.

Nos autem attendentes bonam fidem, sub qua (ut asseruit) sacrum [84r] missae sacrificium celebravit, et admirationem, quae posset in populo generari, si idem Praepositus diutius ab altaribus arceretur, Dominationi V.rae Rev.mae per praesentes committimus, quatenus recepto in manibus suis ab eodem Rev.do Domino Praeposito super huiusmodi bona fide corporali iuramento, cum eodem super irregularitate, quam ex praemissis incurrerit, autoritate Nostra dispenset, omnemque irregularitatis maculam aboleat, ita ut, si aliud canonicum ei non obstet impedimentum, ea non obstante in

¹⁰⁵ Niedźwiedz, pagus ad oppidi Słomniki austrum positum.

¹⁰⁶ Słomniki, localitas ad Cracoviae orientem sita australem, ad Szreniawam flumen, qui a sinistra Vistulam affluit.

altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre possit, et quaecunque beneficia cum cura et sine cura, dummodo ei canonice conferantur, nec plura sint, quam quae iuxta Concilii Tridentini decreta permittuntur, recipere et retinere libere et licite possit et valeat. Volumus autem, quod praesentium suffragio non fruatur, nisi habita abolutione ab excommunicatione praedicta, et satisfacta Parte prout de iure, quatenus simus in terminis rei iudicatae, sin minus praestita cautione de parendo iudicandis. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae ex Palatio Nostro Apostolico, die 14 mensis Ianuarii 1682.

N. 1029.

Opitius Pallavicini
Nicolao Oborski, suffraganeo Cracoviensi

Varsaviae, 14 I 1682.

Imponit ei, officiali generali Cracoviensi¹⁰⁷, ut cum Martino Stepek et Regina Kozłowna, dioecesis Cracoviensis, in quartum consanguineitatis gradum dispenset, etsi copula praecederit.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 84r.

N. 1030.

Opitius Pallavicini
Antonio Wrowiski, OFM Reformatorum

Varsaviae, 15 I 1682.

Concedit ei facultatem ab haeresi absolvendi, ad tempus legationis, ob necessitatem conventus Wosnicensis¹⁰⁸.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 83v.

¹⁰⁷ Nicolaus Oborski, epus tit. Laodicensis, suffraganeus Cracoviensis et officialis generalis.

¹⁰⁸ Woźniki, pagus apud lacus Posnanienses, ad Grodiscae Maioris Poloniae orientem positus. Conventus ecclesiaeque OFM Reformatorum sancti Francisci Asissii nomine a Casimiro Rogaliński anno 1660 fundati; cfr Nowacki II, p. 766.

N. 1031.

**Opitius Pallavicini
Catherinae Denhoffowa, camerariae Regni**

Varsaviae, 15 I 1682.

*Medicis suadentibus super abstinentiis concedit ei dispensationem.***Reg.:** AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 84v. In margine: "Licentia vescendi ovis et lacticiniis diebus ieiuniorum".

Opitius etc.

Dilectae Nobis in Christo Ill.mae Dominae Catherinae Denhoffowa¹⁰⁹,
Camerariae Regni, salutem etc.

Exponi Nobis fecisti, qualiter servare non possis abstinentias diei Veneris vel alias de praecepto Ecclesiae, aut consuetudine servari solitas citra periculum salutis. Unde Nobis supplicari fecisti, quatenus tecum super abstinentiis praedictis dispensantes, facultatem tibi ovis et lacticiniis vescendi concedere dignaremur.

Il Nuntio, se bene ha detto esser quasi impossibile a' Principi l'impedire simili accidenti che occorrono ne' Governi più oculati, tuttavia ne dà parte al Sig. Cardinal Buonvisi¹⁷⁴, perché proseguendo l'opera nella quale entrambi travagliano di bene unire gl'animi di questi Potentati per la conservazione de' loro Regni e Christianità, possa ricordare a Sua Maestà Cesarea o pure

¹⁷² Iacobus Ludovicus Sobieski, Ioannis Sobieski regis filius natu maximus.

¹⁷³ Ioannes Christophorus Zierowsky, imperatorius in Republica mandatarium.

¹⁷⁴ Franciscus Buonvisi, Vindobonae nuntius.

a' Ministri deputati per la revisione delle stampe quanto importi l'invigilare che non scorra qualche cosa che possa spiacer qui, ove le cose benché lievi, possano molto nuocere.

[35r] La commissione del Gentilhuomo mandato in Francia, del quale s'è parlato di sopra, fu principalmente per gl'affari della Marchesa di Bethune¹⁷⁵, de' quali s'è scritto altre volte. In 2.º luogo per indagare come seria stato trattato questo Principe andando colà in occasione del viaggio, che Sua Maestà vuole che facci per la Francia, Italia et Alemagna.

E' morto il Duca di Curlandia¹⁷⁶ et il Nuntio, vedendo essere questa la congiuntura più propria per la recuperatione de' Vescovato di Pilten prima che il Successore ottenga l'investitura, che deve farsi fra un anno, raddoppia e rinforza le diligenze, come si è scritto altre volte¹⁷⁷, et è stato approvato per trovar soggetto atto per quella [35v] Chiesa, zelante, fervido et opulento, onde possa felicemente proseguire il negoziato.

N. 1060.

Opitius Pallavicini card. Francisco Buonvisi, nuntio apostolico Vindobonae

Varsaviae, 28 I 1682.

Allatam sibi esse confirmat epistolam eius 19 I 1682 datam et regis de discontentu pergit disserens, qui maxime rumoribus de Iacobo filio Vindobona relatis iratus intercessionem apud mandatarium fecit imperialem et ipsi comisit, ut ei, illius loci nuntio, rem communicaret. Denique et de ducis Curlandensis morte refert.

Or.: AS Lucca, Arch. Buonvisi II parte, filza 51 n. 104.

Eminentissimo et Rev.mo Signor etc.

Ho ricevuto la benignissima di V.ra Eminenza de' 19 Gennaro¹⁷⁸ e vedo come il mio pacchetto per Roma era giunto così tardi, che non era potuto

¹⁷⁵ De Kaszewski aulico res agitur, qui apud Ludovicum XIV regem pro marchionissa de Béthune intercessurus mense Septembri 1681 in Galliam est profectus; cfr ANP XXXIV/3, N. 818, 819, 832.

¹⁷⁶ Iacobus Kettler, dux Curlandensis, cfr ANP XXXIV/3, notam 41, p. 16.

¹⁷⁷ Nuntii epistolae, quibus de Piltensi tractatur dioecesi, cfr ANP XXXIV/3, N. 691, 952.

¹⁷⁸ Cfr N. 1042.

andare, come speravo una posta prima. Io non so se il difetto fu del corriere o pure di chi hebbe il medesimo pacchetto nelle mani prima che giungesse in quelle di V.ra Eminenza.

^(a)Il Gazzettista Alemanno di costà ha impresso, come nuova scritta da Parigi che un Gentilhuomo, inviato ultimamente da questo Re in Francia, havesse colà negoziato per l'indigenato del Principe, suo figlio, e trattasse di farvi considerabili acquisti in testa di detto Principe, parimente ch'havesse tastato il tratta[v]mento, che seria stato fatto al medesimo Principe andandovi.

E' spiaciuto assai al Re questa stampa et ha ordinato che si faccino vive doglianze col Residente di Cesare, e n'è stato parlato anco a me. Dice Sua Maestà che simili avvisi in questo Regno, ove gl'animi sono facilmente creduli, possono cagionare o accrescere le gelosie, e da queste provenire sconcerti. In verità la facilità, colla quale qui si credano le cose pregiudiciali a chi governa e son conformi alle passioni che ingombrano gl'animi, non può essere maggiore. Onde il Re è da compatirsi per il dispiacere che ne mostra.

Io, se bene ho detto esser quasi impossibile a Principi l'impedire simili accidenti che occorrono ne' governi più [r] oculati, tuttavia ho voluto darne parte a V.ra Eminenza, perché quando giudichi che possa riuscire utile il ricordare a' Ministri deputati per la revisione delle stampe quanto importi l'invigilare che non s'imprimino cose che possin spiacere qui, ove tutto, benché di lieve momento, può molto nuocere al fine che s'ha di ben unire gl'animi di questi Principi e togliere ogni occasione di displicenza, si degni farlo colla sua somma prudenza e destrezza.

La commissione del Gentilhuomo mandato in Francia, del quale si è parlato di sopra, fu principalmente per gl'affari della Marchesa di Bethune. In 2.do luogo per indagare come seria stato trattato questo Principe, andando colà in [v] occasione del viaggio, che Sua Maestà vuole che facci per la Francia, Italia et Alemagna.

E' morto il Duca di Curlandia.^{-a)} Che è quanto m'occorre referire per hora a V.ra Eminenza, alla quale fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 28 Gennaro 1682.

Di V.ra Eminenza

^(b)humilissimo etc.
Opizio Arcivescovo d'Efeso^{-b)}

^{a-a)} Verba "avvisi", cfr N. 1059 repetitur.

^{b-b)} Autographum.

N. 1061.

Opitius Pallavicini
Nicolao Oborski, suffraganeo Cracoviensi

Varsaviae, 28 I 1682.

Comittit ei ut re diligenter perquisita cum Petro Stanislao Orłowski, collegiatae praeposito Tarnoviensis, in Moravica villa parochia, ideo dispenset, ut ille scholasteria collegiatae Kielcensis ornari possit.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 85v-87r. F. 85v, in margine: "Commissio inquisitionis in ordine ad dispensandum super pluralitate beneficiorum."

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Perillustri et Rev.mo D.no Nicolao Oborski, Suffraganeo Cracoviensi, salutem etc.

Noverit Dominatio V.ra Rev.ma expositum Nobis fuisse pro parte dilecti Nobis in Christo Illustris et admodum Rev.di Petri Stanislai Orłowski¹⁷⁹, qualiter ipse ad humiles preces Sanctissimo Domino Nostro porre[86r]ctas Apostolicas literas Nobis directas obtinuerit, tenoris sequentis:

Innocentius Papa, Servus Servorum Dei.

Dilecto Filio Nostro et Sanctae Sedis Apostolicae Nuncio in Regno Poloniae commoranti salutem et Apostolicam benedictionem.

Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Petri Stanislai Orłowski, Presbyteri Cracoviensis Dioecesis petitio continebat, quod alias dictus Petrus Stanislaus Praeposituram saecularis et Collegiatae Ecclesiae Tarnoviensis¹⁸⁰ Cracoviensis Dioecesis, dignitatem inibi forsitan principalem existentem, cui cura non incumbit animarum, et Parochialem Ecclesiam loci seu villae Morawica¹⁸¹ dictae Dioecesis, ac perpetuum simplex, et personalem residentiam minime, requirens beneficium ecclesiasticum, Scholaste-

¹⁷⁹ Petrus Stanislaus Orłowski († 1708), vir iuris peritus, Ioannis Małachowski, epi Cracoviensis, auditor, canonicus Cracoviensis, officialis Tarnoviensis. Antequam praepositura Tarnoviensi indutus, cantor Tarnoviensis munere functus; cfr AV, Dataria Ap., Brev. Lat. 449 f. 190r; Łętowski IV, p. 429; Herzig, p. 18, 21.

¹⁸⁰ Collegiata Tarnoviae Nativitatis BMV titulo die 17 IV 1400 facta, cum ecclesiam illic eodem titulo parochialem Petrus Wysz, epus Cracoviensis, Ioanne Tarnowski petente collegiali dignitate sustulit. Una cum collegiata et praepositi creatum officium, quem dein praepositum infulati dignitate 7 XI 1689 Alexander VIII pontifex ornavit; cfr Kumor, *Prepozytura Tarnowska*, p. 252 et sq.

¹⁸¹ Morawica, pagus ca 10 chiliometra Cracovia distans, septentrionalem illius spectans occidentem.

riam nuncupatam in saeculari et Collegiata Ecclesia Kielcensi¹⁸², etiam dictae Cracoviensis Dioecesis, quae, et quod sicut accepimus de iure patronatus laicorum ex fundatione vel dotatione existunt, certo tunc expresso modo vacantia, et antea dispositioni Apostolicae minime reservata, neque affecta, ad praesentationem dilectorum filiorum modernorum, seu tunc existentium Praepositurae et Parochialis Ecclesiae, et beneficii huiusmodi Patronorum, seu de illorum consensu ordinaria auctoritate, alias tamen canonice sibi conferri et de illis etiam provideri obtinuit.

Cum autem sicut eadem petitio subiungebat dictus Petrus Stanislaus Praeposituram ac Parochialem Ecclesiam, et beneficium huiusmodi insimul absque dispensatione Apostolica retinere nequeat, quare pro parte dicti Petri Stanislai Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus sibi in praemissis de opportuna dispensatione providere de benignitate Apostolica dignemur.

Nos igitur eundem Petrum Stanislaum a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris e poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, ac omnes et singulos fructus ex Praepositura ac Parochiali Ecclesia, nec non beneficio huiusmodi per eum hactenus perceptos sibi gratiose remittentes et condonantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus cum eodem Petro Stanislao, dummodo ad id reperiatur idoneus, et nullum aliud ei obstet canonicum impedimentum, ut Praeposituram, cuius bona ob diuturnam plusquam quattuordecim annorum vacationem desolata [86v] et domus residentialis incendio penitus eversa reperiuntur de praesenti, et Parochialem Ecclesiam, cuius etiam bona alienata sunt, et pro illis recuperandis non exiguae requiruntur impensae, nec non beneficium huiusmodi insimul, quoad vixerit, retinere libere et licite valeat. Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac dictarum Ecclesiarum Collegiatarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, pro tuis arbitrio et conscientia auctoritate Nostra dispenses.

Volumus autem, quod Praepositura ac Parochialis Ecclesia, et beneficium huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cura in dicta Parochiali Ecclesia nullatenus negligatur, sed idem Petrus Stanislaus quamdiu Praeposituram ac Parochialem Ecclesiam, et beneficium huiusmodi insimul obtinuerit, apud dictam Parochialem Ecclesiam persona-

¹⁸² Ecclesia Kielcensis BMV titulo ca 1173 collegiata est nominata, cuius scholasteria tertia fit praelatura. Vacabat autem scholasteria Kielcensis post Christophori Chronowski scholastici mortem anno 1680 ante diem 8 Mai mortui; cfr Witkowski, p. 193, 202; AV, Segr.Stato, Polonia 98 f. 288r; Wiśniowski, p. 40.

liter residere, eiusque per se ipsum supportare teneatur onera consueta. Pro illis vero diebus et horis, quibus ipse Petrus Stanislaus primodictae Ecclesiae Collegiatae ratione Praepositurae huiusmodi non inservierit, emolumenta ratione personalis residentiae lucri fieri solita amittat, et servatis caeteris conditionibus tibi per literas dilecti filii Prodatarii Nostri praescriptis, per praesentes autem non intendimus dictus ius patronatus in aliquo approbare. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo octuagesimo primo. Quarto Idus Decembris¹⁸³. Pontificatus Nostri anno sexto.

Cum autem ad praedictarum literarum executionem procedi desideret, Nosque eam, quam pro earum congrua executione informationem non habemus, ab aliis timoratae conscientiae viris in partibus existentibus percipere debeamus, hoc ideo Dominationi V.rae Rev.mae, de qua plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus et mandamus, quatenus de narratis et expositis in eisdem literis Apostolicis tam quantum attinet ad dictam Praeposituram Collegiatae Ecclesiae Tarnoviensis ac Scholasteriam in Ecclesia ibidem Collegiata Kielcensi, quam in villa Morawica Ecclesiam Parochialem antedictam se diligenter informet, Nobisque super illis, idoneitate [87r] eiusdem D.ni Petri Stanislai Orłowski, et non obstantia alicuius canonici impedimenti, quantitate seu valore reddituum et quorumcunque proventuum, comprehensis etiam distributionibus quotidianis, quatenus dentur, et aliis quibuscunque obventionibus superius specificatorum beneficiorum, meritis et praerogativis eiusdem D.ni Petri Stanislai Orłowski, caeterisque ad datarum literarum executionem totalem et plenariam necessariis, conducibilibus et opportunis relationem faciat, cum suo voto et sentimento, super praemissis conscientiam Dominationis V.rae Rev.mae strictissime in Domino onerantes. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae etc. Die 28, mensis Ianuarii, anno Domini 1682.

N. 1062.

Opitius Pallavicini Ioanni Nyczkowski, officiali generali Pomesaniae

Varsaviae, 29 I 1682.

Comittit ei, ut cum Petro Pener Annaque Reymersche super tertii et quarti consanguineitatis gradus impedimento dispenset, etsi copula praecederit.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 85r.

¹⁸³ Scilicet 10 XII.

Die 29. a Ianuarii. Commissio dispensandi super impedimento 3.ii et 4.ti gradus consanguinitatis, concessa Petro Pener et Annae Reymersche, mulieri, Dioecesis Pomesaniae, cum causa quia diu secum adeo familiariter non tamen eo animo, ut conversatione admissa haec causa foret Sedem Apostolicam ad misericordiam et gratiam erga ipsos faciliores reddendi conversati sunt, ut exinde orta sit suspicio de carnali copula inter ipsos habita, in tantum ut nisi matrimonium inter ipsos contrahatur, dicta Anna graviter diffamata et innupta remaneret, graviorum exinde scandala verisimiliter orientur. Cum solitis clausulis directa ad Perillustrem et admodum Rev.dum D.num Officiale[m] Generalem Pomesaniae¹⁸⁴ seu in defectu eiusdem in locum ipsius surrogatum.

N. 1063.

Opitius Pallavicini
Adamo Stanislao Gryczenski et Ioanni Ignatio Gołaski, dioecesis
Cracoviensis

Varsaviae, 29 I 1682.

Concedit eis dispensationem extra tempora ad diaconatum et presbyteratum ob necessitatem ecclesiae parochialis Kocensis¹⁸⁵, dioecesis Cracoviensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 85r.

N. 1064.

Opitius Pallavicini
Ioanni Zachariae Scholz, officiali generali Varmiensi

Varsaviae, 29 I 1682.

Petro Rostkowski, canonico Varmiensi, cum custodiam Culmensem sibi exquirere vellet, a Sede Sancta dispensationem super beneficiorum pluralita-

¹⁸⁴ Ioannes Nyczkowski (1631-1713), protonotharius apostolicus anno 1663, parochus oppidis in Gnojowo, Montowy, Marienburga, canonicus Culmensis ab anno 1680, officialis Pomesaniae munere iam anno 1679 functus, cfr Mańkowski, p. 314-316.

¹⁸⁵ Kock, oppidulum intra Lublinum Łukówque, ad Tyśmienicae fluvii positum ripam, qui a dextera Wieprz flumen affluit; ecclesia illic parochialis iam XV saeculo extans Assumptionis BMV titulo utebatur; cfr SGKP IV, p. 233-234.

te petente, comisit nuntio pontifex, ut rem investigaret totam. Hac sibi ignota imponit ei, ut sibi de rerum veritate brevi contentium referat.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 88r-89r. F. 88r, in margine: "Commissio inquisitionis in ordine ad dispensandum super pluritate beneficiorum".

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Perillustri et admodum Rev.do Domino Officiali Generali Varmiensi¹⁸⁶ salutem etc.

Noverit Dominatio sua Nobis exhibitas esse literas Apostolicas sub plumbo more Curiae Romanae expeditas, de data prout in iisdem, super retentione plurium beneficiorum pro parte Illustris et admodum Rev.di Domini Petri Rostkowski¹⁸⁷ tenoris ut sequitur:

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Nostro et Sedis Apostolicae Nuncio in Regno Poloniae comoranti, salutem et Apostolicam benedictionem.

Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius Petrus Rostkowski, Presbyter Culmensis seu alterius civitatis vel Dioecesis in Polonia, apud Nos fide digno commendatur testimonio, Nos inducunt, ut eum specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dicti Petri petitio continebat, quod alias dictus Petrus Canonicatum et Praebendam Ecclesiae Varmiensis, et perpetuum simplex, et personalem residentiam non requirens beneficium ecclesiasticum Custodiam nuncupatum dignitatem minime existens in Ecclesia Culmensi, certo tunc expresso modo vacans, et antea dispositioni Apostolicae minime reservatum neque affectum, ordinaria autoritate sibi conferri, et de illis etiam provideri obtinuit.

Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, dictus Petrus Canonicatum et Praebendam, ac beneficium huiusmodi insimul absque dispensatione Apostolica retinere nequeat, quare pro parte dicti Petri Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ei de opportuna dispensationis gratia providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur eundem Petrum specialis gratiae favore prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque censuris et poenis ecclesiasticis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore

¹⁸⁶ Ioannes Zacharias Scholz († 2 III 1692), anno 1665 canonicus Varmiensis factus, dein annis 1678-1692 custos Varmiensis, periodo autem 17 X 1681-1688 officialis generalis Varmiensis fungebatur munere; cfr Eichhorn, *Die Prälaten...*, p. 565-567.

¹⁸⁷ Petrus Rostkowski († 20 I 1702), canonicus Culmensis ab anno 1677, ecclesiae sancti Ioannis Thoroniae parochus, canonicus Varmiensis, custos Culmensis, ab anno 1696 Benedictinorum abbas commendatorius Mogilnensium; cfr Mańkowski, p. 354-355.

censentes, ^(a-a) ac omnes et singulos fructus redditus et proventus ex Canonicatu et Praebenda ac beneficio huiusmodi hactenus per eum perceptos sibi gratiose remittentes et condonantes-^{a)} huiusmodi supplicationibus inclinati, discre[88v]tioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus cum eodem Petro, dummodo ad id reperiatur idoneus et nullum aliud ei obstet canonicum impedimentum, ut Canonicatum et Praebendam ac beneficium huiusmodi insimul, quoad vixerit, retinere libere et licite valeat, pro tuis arbitrio et conscientia autoritate Nostra dispenses. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum praedictarum etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque, volumus autem, quod Canonicatus et Praebenda, ac beneficium huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, sed eorum congrue supportentur onera consueta. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo octuagesimo primo. Duodecimo Kalendis Octobris¹⁸⁸. Pontificatus Nostri anno quinto etc. Locus + plumbi more Curiae Romanae appensi.

Post quarum quidem literarum praesentationem seu exhibitionem ut supra factam pro parte dicti Illustris et admodum Rev. di Domini Petri Rostkowski Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ad earundem executionem procedere dignaremur.

Nos igitur, qui eam, quam ob locorum distantiam per Nos ipsos informationem, prout Apostolica mandata et res ipsa exigit, assumere non possumus, ab aliis timoratae conscientiae Viris in partibus existentibus percipere debemus, Dominationi V. rae, de qua plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus et mandamus, quatenus de narratis et expositis in eisdem literis Apostolicis, quantum attinet ad dictos Canonicatum et Praebendam supradictae Ecclesiae Varmiensis, se diligenter informet Nobisque super illis idoneitate eiusdem D. ni Petri Rostkowski et non obstantia alicuius canonici impedimenti, quantitate seu valore reddituum et quorumcunque proventuum, comprehensis etiam distributionibus quotidianis quatenus dentur, et aliis quibuscunque obventionibus superius specificati Canonicatus et Praebendae, meritis et praerogativis eiusdem D. ni Petri Rostkowski, numero Canonicorum in dicta Ecclesia Varmiensi residentium, canonica obtentione seu collatione eiusdem Canonicatus et Praebendae, caeterisque ad dictarum literarum executionem totalem et plenariam necessariis, conducibilibus et opportunis, relationem [89r] faciat cum suo voto et sentimento, super praemissis conscientiam Dominationis V. rae strictissime in Domino onerantes. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae, etc. die 29 mensis Ianuarii, anno Domini 1682.

^{a-a)} *In margine adscriptum.*

¹⁸⁸ Scilicet 20 IX.

N. 1065.

Opitius Pallavicini**Iosepho Maniczowski, dioecesis Cracoviensis**

Varsaviae, 29 I 1682.

Dispensationem ei concedit extra tempora ad diaconatum et presbyteratum ob necessitatem ecclesiae Czernichów¹⁸⁹, dioecesis Cracoviensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 91v.

N. 1066.

Innocentius XI, pontifex maximus**Opitio Pallavicini**

Romae, 30 I 1682.

De Ruscensi brevi tractatur praepositura: duo enim ad hanc praesentati clerici, a Christina Kalinowska Albertus Cetnarski, decanus Prosovicensis, a Catharina autem Branicka Sebastian Wolfowicz Będkowski. Lite dein legati Apostolici, decani autem Posnaniensis, Nicolai Stanislai Świącicki decretu composita, praepositurae Ruscensis praedia sequestrata, qua ex causa Albertus Cetnarski ad pontificem recurrerit. Inde, re diligentissime perquisita omnia ut componeret, nuntio comittitur.

Copia (saeculo XVII ex archetypo confecta): AV, S. R. Rota, Processus Actorum 307, fasc. intitulata: "Cracoviensis Jurispatronatus; [coram] R.P.D. Marcello Rondenino", f. 153-154¹⁹⁰; post breve destinatarii nomen verso significatum: "Dilecto Filio N.ro et Sedis Apostolicae Nuntio in Regno Poloniae residenti".

Innocentius Papa XI.

Dilecte Fili Noster salutem et Apostolicam benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Albertus Cetnarski¹⁹¹ clericus Cracoviensis, quod per dilectam in Christo Filiam Christinam de Zebrzy-

¹⁸⁹ Czernichovia (Czernichów), pagus in Vistulae ripa sinistra, chiliometris plusquam decem Cracovia distans.

¹⁹⁰ Brevis copiam et documenta praepositurae Ruscensi iurique patronatus laicorum spectantia libro a Christina Bukowska-Gorgoni conscripto, *Causae Poloniae coram Sacra Romana Rota XV-XVII saec.* intitulato, descripta reperi.

¹⁹¹ Albertus Cetnarski, parochus in Iwaniska decanus Prosovicensis; post controversias fervidas, quae annos aliquot ardebant, praeposituram obtinuit Ruscensem; cfr Bukowska-Gorgoni, p. 488-493.

dowice¹⁹² Comitissam in Ruscza, Gniewkoviensem Capitaneam, fuit dictus Exponens praesentatus ad Ecclesiam Praepositura nuncupatam in Ruscza¹⁹³ de iure patronatus laicorum, cumque ad eandem Ecclesiam fuerit praesentatus per dilectam etiam in Christo filiam Branicka¹⁹⁴ Marschalcam [sic!] dilectus Filius Sebastianus Wolfowicz¹⁹⁵ Adversarius, orta fuit inter ipsos Praesentatos lis coram Ordinario Cracoviensi, qui super possessorio decrevit ad favorem praefati Exponentis et dictum decretum dilectus Filius Auditor dilecti Filii N.ri et Sedis Apostolicae Nuntii in Regno Poloniae tunc residentis in parte reformasset; fuit causa huiusmodi per Nos in tertia instantia commissa dilecto Filio Archidiacono¹⁹⁶ Ecclesiae Cracoviensis; iste ad favorem eiusdem Exponentis tam in petitorio quam in possessorio sententiavit, et interposita per [154] praefatum Adversarium ab huiusmodi sententia appellatione fuit eadem causa per alias Nostras in simili forma brevis desuper confectas literas commissa in quarta instantia Venerabili Fratri Archiepo Gnesnensi, qui subdelegavit in Iudicem dilectum Filium Alexandrum Paprocki¹⁹⁷ Canonicum Ecclesiae Gnesnensis; ille existimans dicto Exponenti suspectus [...]a) quam talis in actis recusatus fuit, et per Nos in eius locum surrogatus dilectus filius Augustinus Wolski¹⁹⁸, Noster et Sedis Apostolicae Notarius, et ante deputationem dicti Augustini Wolski praefatus Exponens in Curia Nostra citavit Procuratorem eiusdem Adversarii ad concordandum de Iudice iste nihil opposuit, et nec minus dedit notulam Iudicum confidentium et diffidentium, sed post expeditas alias Nostras similes literas praefatae surrogationis illarumque praesentationem in partibus coram eodem Augustino extorsit a Nobis alias pares literas directas dilecto filio Nicolao Stanislae Świącicki¹⁹⁹ Decano Ecclesiae Posnaniensis, et quamvis idem Augustinus Wolski ante praesentationem ultimarum litera-

¹⁹² Christina de domo Zebrzydowska, Ioanni Stanislae Koryciński, capitaneo Gniewkoviensi, dein autem Martino (Adamo) Kalinowski, capitaneo Łoioviensi, nupsit; anno 1663 usus ei bonorum Ruscensium usque ad mortem ad Koryciński concessus; cfr AV, S.R. Rota, Iura Diversa 253, s.f.; Niesiecki X, p. 148.

¹⁹³ Ruszcza (Ruszcza), tunc pagus, nunc Cracoviae pars urbis, Branicki gentis praedium. Ecclesia illic parochialis sancti Gregorii titulo anno 1417 ad collegialem sublata dignitatem, dein anno 1739 in praeposituram conversus; cfr SGKP X, p. 36-37.

¹⁹⁴ Catharina Alexandra de domo Czarniecka († 1698), Ioannis Clementis Branicki uxor († 1673), qui ab a. 1662 Regni marescalci aulici usus est officio; cfr Niesiecki II, p. 281-283.

¹⁹⁵ Sebastian Wolfowicz Będkowski († 1694), praepositus Dolistoviensis, controversia de praepositura Ruscensi in Alberti Cetnarski composita favorem; dein cum Carolo Trewani de scholasteria Ruscensi lis exorta; cfr Bukowska-Gorgoni, p. 485-493.

¹⁹⁶ Andreas Pęgowski († 1689), archidiaconus Cracoviensis, cantor Vislicensis, scholasticus Scarbimiriensis. Huius de Sebastiani Będkowski Albertique Cetnarski lite decretum 5 IV 1680 datum, cfr Bukowska-Gorgoni, p. 490.

¹⁹⁷ Ioannes Alexander Paprocki (1617-1681), canonicus Gnesnensis ab a. 1666, Lovicensis ab a. 1668, Ravae denique parochus; cfr Korytkowski, *Prakaci...* III, p. 197-198.

¹⁹⁸ Augustinus Wolski, doctor utriusque iuris, protonotharius apostolicus, canonicus cathedralis Camenecensis; cfr AV, S. R. Rota, Iura Diversa 253, s.f.

¹⁹⁹ Nicolaus Stanislaus Świącicki, decanus Posnaniensis, officialis Varsaviensis, scholasticus Varsaviensis.

rum et earum aliquam notitiam suam in causa protulerit sententiam confirmatoriam tertiae instantiae supradicti Archidiaconi Ecclesiae Cracoviensis, nihilominus idem Nicolaus Stanislaus non minus nulliter quam iniuste sequestravit fructus²⁰⁰ dictae Ecclesiae in Ruscza expulso etiam ipsomet Exponente per vim a possessione, in qua reperiebatur, verum sicut eadem petitio subiungebat, quia post latam sententiam per dictum Augustinum expiraverat iurisdictio praefati Nicolai Stanislai et omnia per ipsum gesta sint nulla et attentata, ac ulterius idem Nicolaus Stanislaus Iudex est dicto Exponenti adeo suspectus²⁰¹, ut ab illo iustitiae complementum non speret et durum est coram suspecto Iudice litigare.

Ideo Nobis humiliter supplicari fecit Exponens praefatus, ut ei in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur statum et merita causae et causarum huiusmodi praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes ipsumque supplicansem a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, causamque et causas huiusmodi a dicto Nicolao Stanislao dummodo pro ipsius Exponentis parte et illius iurisdictionem non et consensum ad Nos [e]vocantes, et ultimam sententiam cum omnibus inde secutis circumscribentes huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni Tuae per praesentes committimus et mandamus, quamvis vocatis ad id qui fuerint vocandi causam et causas praefatas autoritate Nostra audias, finias, fineque debito termines.

Nos etiam Tibi quos quibus et quoties opus fuerit citandi plenam et liberam Apostolica autoritate tenore praesentium concedimus facultatem. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die trigesima Ianuarii anno 1682, Pontificatus Nostri anno sexto.

Locus Sigilli Piscatoris.

^{a)} *Illegibile.*

N. 1067.

Opitius Pallavicini
Matthaeo Wolnicz, dioecesis Posnaniensis

Varsaviae, 30 I 1682.

²⁰⁰ Acta bonorum ecclesiaeque Rusczensis sequestri 16 X 1681 dati, cfr AV, S.R. Rota, Iura Diversa 253, s.f.

²⁰¹ Protestatione ab Alberto Cetnarski contra sequesterum a Nicolao Stanislao Świącicki decretum 18 X 1681 lata legi potest, velut "adversario (S. Będkowski) sibi affabili, familiari et amicissimo" rem diiudicaverit; cfr AV, S. R. Rota, Iura Diversa 253, s.f.

Concedit ei dispensationem extra tempora ad diaconatum et presbyteratum ob necessitatem ecclesiae sancti Adalberti Posnaniae²⁰², dioecesis Posnaniensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 85v.

N. 1068.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 31 I 1682.

Allatum sibi esse nuntiat fasciculum 31 XII 1681²⁰³ datum.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 6v.

N. 1069.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 31 I 1682.

Periculis recognitis, quae unioni Armenorum Nicolao Torosowicz, aepe Leopoliensi, mortuo minitare possent, missum dicit a pontifice breve regi destinatum, quo unionis importantia tractatur.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 6v-7r.

Al medesimo.

Per le cose che V.ra Signoria Ill.ma assai diffusamente mi significa in congiuntura della morte già seguita di Mons. Arcivescovo Armeno di Leo-

²⁰² Ecclesia sancti Adalberti parochialis Posnaniae, veterrimis illic adnumerata, certe iam saeculo XIII extans; parochi officio canonici saepe cathedrales Posnanienses utebantur; cfr Łukaszewicz I, p. 174-177; Nowacki II, p. 355, 624.

²⁰³ Cfr ANP XXXIV/3, N. 985-987.

poli²⁰⁴, ben vedendo N.ro Signore che può mettersi a rischio l'unione di quella nazione e ricader nello scisma [7r] il popolo Armeno, scrive l'annesso breve²⁰⁵ alla Maestà del Re, affinch'ella se ne vaglia^{a)} opportunamente e faccia apparire anche colla viva voce alla Maestà Sua la considerazione e premura ben grande in che tiene Sua Beatitudine questo sì rilevante ed importantissimo affare. E rimettendomi al tenor del breve istesso ed a quel di vantaggio che saprà aggiungerle nel proposito istesso la Sacra Congregazione de Propaganda fide, a V.ra Signoria Ill.ma auguro dal Signore Dio copiose prosperità. Roma, 31 Gennaro 1682.

^{a)} *Male in registro: voglia scriptum.*

N. 1070.

Card. Alderanus Cybo Opitio Pallavicini

Romae, 31 I 1682.

De monasterii Sanctissimi Sepulcri praepositura Miechoviensi fructusque illius, quales sint, quaerit. Comissa est enim Ioanne Stanislae Zbąski, epo Premisliensi, qui et abbatiam sibi commendatoriam exquirat Suleoviensem. Huius autem abbatiae fructus hoc modo divisi, ut tres partes Zbąski, unam tantum abbas obtineat titularis, donec epus "ad pinguioem perveniret statum". Hac de causa de praepositura quaeritur.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 7r-v.

Al medesimo.

Nella controversia che pende in Roma tra l'Abbate di Suleonia [sic!] e Mons. Vescovo di Premisla nacque dubbio se la Prepositura del Santo Sepolcro, ottenutasi in commenda dal Vescovo sudetto, era di considerabil valore, a segno che potesse per tale acquisto essersi [7v] purificata la condizione apposta al contratto della concordia o per meglio dire aggiunta da Sua Santità nel decreto della conferma Apostolica, che dovesse l'Abbate lasciar

²⁰⁴ Nicolaus Torosowicz, aepus ritus Armeni Leopoliensis, 24 X 1681 mortuus; de controversiis post illius mortem exortis nonnulla litteris 31 XII 1681 datis Pallavicini significavit; cfr ANP XXXIV/3, N. 986.

²⁰⁵ Breve 31 I 1682 datum Vartanum Hunanian aepi Torosowicz successorem significabat, cui omne, prout ab Armenis confirmari posset, praestandum esset auxilium; cfr Berthier II, p. 20-21.

tre delle quattro parti de' frutti al Vescovo donec perveniret ad pinguiorem statum²⁰⁶.

Si attende ora dunque di sapere quanto renda effettivamente la Prepositura sudetta in fiorini di buona moneta, e se al Vescovo possa bastare con frutti della mensa episcopale di Premislia e senza quelli dell'abbatiale di Suleonia per sostener con decoro il suo grado e per sodisfare all'ufficio ancora di Senatore. Vostra Signoria Ill.ma potrà di tutto ciò diligentemente informarsi e recarmene quanto prima l'avviso. Prego il Signore Dio etc. Roma, 31 Gennaro 1682.

N. 1071.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 31 I 1682.

Moscovia allatas esse a Stanislao Niewieściński nuntiat epistulas, quibus cum duce magno conventus ac cum oratoribus illius describerentur tractationes; male tamen sperans, minimas nuntio praerogativas comissas deplorat, qui de pace perpetua tractare non possit. Ruptis autem tractationibus de Moscoviae dubitare liceat amicita ac Turcarum imminentem timere potestatem.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 37r-38r.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Io profitto dell'occasione che mi porge una spedizione, che fa questo Sig. Residente²⁰⁷ a Vienna, per dare a V.ra Eminenza i seguenti ragguagli.

Son comparsi i dispacci dell'Inviato Polacco²⁰⁸ in Moscovia, et ho havuto nelle mani una relatione distinta dell'udienza havuta dal Czar e delle conferenze fatte sin'hora con i Commissarii deputati da lui. Vostra Eminenza

²⁰⁶ Bernardo Zaruski priori Ioanneque Stanislao Zbąski, epo Premisliensi, abbate commendatario a rege nominato, sibi invicem oppugnantibus per annos de abbatia contendeatur Suleioviensi. Suis autem litteris 22 XI 1681 datis Alderanus hic Cybo respicit; cfr ANP XXXIV/3, N. 900 et notas 827-830, p. 276-277 et A. 1, ac dein ANP XXXIV/2, N. 560 et notas 299, 300, p. 83, notam 713, p. 243.

²⁰⁷ Ioannes Christophorus Zierowsky, imperatorius in Republica mandatarius.

²⁰⁸ Stanislaus Niewieściński.

ne haverà qui congiunto un sommario²⁰⁹, perché la brevità del tempo non permette la traduttione d'una scrittura assai longa, né il ragguaglio di maggiori particolarità.

Quando io promossi questa missione²¹⁰, come ragguagliai già l'Eminenza V.ra, intendevo che si dovesse parlare della pace perpetua e che dovesse apparir questa il soggetto principale della missione, e che in questo modo e con tale [37v] occasione si procurasse senz'apparenza d'impedir la pace fra il Czar²¹¹ e la Porta²¹². Hor, come V.ra Eminenza vedrà, l'haver difettato in dare una tal commissione è di gran nocumento al fine e forse anco troncherà affatto il negotiato, perché converrà che l'Inviato se ne ritorni senz'haver fatto cosa veruna, e quel ch'è peggio, la sua andata può ridondare in danno de' Polacchi, perché i Moscoviti faran facilmente sapere a i Turchi le propositioni fatte da lui a fine di cavarne vantaggi per loro, ove che trattandosi in quella forma cioè con procurare, senza fare propositioni espresse, non potea riportarsene che utilità. Questo modo di fare de' Moscoviti mostra che la pace col Turco non è anco ferma ma che non tratteranno mai sinceramente con i Polacchi, se non fatta con loro la pace perpetua, temendo di essi, [38r] se prendano l'armi, egualmente che de' Turchi.

L'Inviato ha negoziato qualche cosa circa la communicatione del Czar colla Sede Apostolica, ma sin tanto che non siino interpretate le lettere e decifrate ciò ch'è in numeri, io non posso dire quello che avvisi. Et all'Eminenza V.ra fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 31 Gennaro 1682.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo etc.

Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 1072.

Opitius Pallavicini

card. Francisco Buonvisi, nuntio apostolico Vindobonae

Varsaviae, 31 I 1682.

²⁰⁹ Summarium, quod nominatur, non inveni, sed iisdem certe contentis illud Francisco Buonvisi Vindobonam missum cfr AS Lucca, Arch. Buonvisi II parte, filza 51, coll. 94.

²¹⁰ Cfr ANP XXXIV/3, N. 652, 765, 804, 815.

²¹¹ Theodorus Alexeevič, magnus dux Moscoviae.

²¹² Pax Moscovitarum cum Turcis Ianuario 1681 in oppido Bakčisarai Crimeae contracta, nondum a Moscovitis confirmata erat.

Allatas a Niewieściński Moscovia epistulas dicit, qui nisi de pace perpetua tractare posset, male de tractationum eventu ipse speraret. De regressu pergit secretarii oratoris Gallici scribens, qui praecepta Ludovici ad res Transilvaniae gerendas pertinentia portasset. Dein et de rumoribus de Iacobo, regis filio, non Vindobonae, sed Altenau oppido ortis refert.

Or.: AS Lucca, Arch. Buonvisi II parte, filza 51 n. 94.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Facendo il Sig. Residente cesareo²¹³ una spedizione straordinaria per costà, io me ne prevaglio per dare a V.ra Eminenza le congiunte notizie, resi prima i miei humilissimi e costantissimi ossequii.

E' giunto da Moscovia il primo avviso de' negoziati di quell'Inviato²¹⁴. Vostra Eminenza ne vedrà la somma di essi qui congiunta²¹⁵. Il Sig. Residente, nelle mani del quale ho posto la copia per estensum di quello che ha scritto l'Inviato nell'idioma Polacco, l'ha ristretti così.

Questa risposta datale conferma la credenza che, senza farsi prima la pace perpetua, i Moscoviti non sono mai per dare sinceramente orecchie a' trattati de' Polacchi. Mostra anco il racconto come la missione, almeno apparentemente, doveva avere per primo oggetto il trattare della pace [v] perpetua, il che io dicevo a questi Signori esser necessario per vari fini.

Penso che il Sig. Residente scriva anco per qualche gelosia, che le dà il ritorno di Francia del Sig. Noblet²¹⁶, segretario dell'Ambasciata Francese, al di cui comparire in Javorovia dicano sii comparso qualcheduno, spedito di Transilvania dall'Inviato che vi ha il Christianissimo. Apprende egli che questi possa haver portato nuove istruzioni del modo da tenersi con il Transilvano. Vorria che si facesse partire da Javorovia l'Achachia²¹⁷, che crede il maestro e la guida di questi negoziati, ma è difficile che il Re, se ben le dispaciono, prenda questa risoluzione.

Io dissi a' Mons. Vescovo di Chiovia²¹⁸, che mi significò le doglianze del Re per quelle stampe che supponeva fatte in Vienna, [r] che vedesse bene, se

²¹³ Ioannes Christophorus Zierowsky, imperatorius in Republica mandatarius.

²¹⁴ Stanislaus Niewieściński, cfr N. 1071.

²¹⁵ *Synopsis relationis ab Inernuntio Polonico Niewieszinski [sic!] ex Moschovia missae de praesentato 20 Ianuarii 1682*, documentum ab Opitio Pallavicini Francisco Buonvisi missum; cfr AS Lucca, Arch. Buonvisi II parte, filza 51, coll. n. 94. Stanislai Niewieściński de rebus Moscoviae gestis relatio, cfr ANP XXXIV /3, A. 15.

²¹⁶ Ineunte Ianuario 1682 Noblet Javoroviam venit. Hoc iam praesente Empereur, Gallici in Transilvania ablegati du Vernay secretarius, ibidem accidit; cfr Waliszewski, p. 184 et sq.

²¹⁷ Rogerius Akakia, du Vernay in Transilvania ablegati praedecessor; cfr ANP XXXIV/3, notam 682, p. 221.

²¹⁸ Ioannes Stanislaus Witwicki, epus Kiowiensis. De regis indignatione, quae rumoribus periodicis Vindobonensibus publicatis orta, cfr N. 1059, 1060.

veramente fossero di Vienna, et egli persistè nell'affermativa con franchezza. Si è poi trovato che non eran di Vienna ma d'Altenau. Io non l'ho visto più, ma le parlerò con qualche senso, perché non si faccin le doglianze così facilmente. Et all'Eminenza V.ra fo humilissima riverenza. Varsavia, 31 Gennaro 1682.

Di V.ra Eminenza

(^ahumilissimo etc.
Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 1073.

Opitius Pallavicini
Sebastiano Frycewicz, canonico et surrogato officiali Luceoriensi

Varsaviae, 31 I 1682.

Comittit ei, ut Patrum Eremitarum Ordinis Sancti Augustini ecclesiam Zaturcensem, per effusionem sanguinis humani pollutam, denuo benedicat.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 85v. In margine: "Licentia reconciliandi Ecclesiam pollutam".

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Perillustri et admodum Rev.do Domino Sebastiano Frycewicz, sacrae theologiae Doctori, Canonico et Surrogato Officiali Luceoriensi, salutem etc.

Cum Nobis expositum fuerit Ecclesiam Patrum Eremitarum Ordinis S.ti Augustini Conventus Zaturecensis²¹⁹ per effusionem sanguinis humani fuisse pollutam. Nos, ut citius in eadem sacra reassumantur officia, Dominationi V.rae eandem aqua ab Episcopo benedicta, et in casum necessitatis etiam aqua ab eodem Episcopo non benedicta reconciliandi facultatem delegamus. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae ex Palatio Nostro Apostolico. Die 31, mensis Ianuarii, anno Domini 1682.

²¹⁹ Zaturce, pagus ad Luceoriae occidentem situs. Conventus ibi Patrum Eremitarum Sancti Augustini Sanctissimae Trinitatis titulo a Ioanne Łahodowski, Volhyniae castellaneo, anno 1620 fundatus; cfr Wołyniak, p. 17-19.

N. 1074.

Opitius Pallavicini**Ioanni Zachariae Scholz, officiali generali Varmiensi**

Varsaviae, 31 I 1682.

Imponit ei, ut re perquisita cum Ioanne Georgio Kunigk aliis iam ornato beneficiis ideo dispenset, ut canoniam huic praebendamque ecclesiae cathedralis Varmiensis comitti possint.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 87r-88r.

Die 31 Ianuarii. Commissio inquisitionis in ordine ad dispensandum super pluralitate beneficiorum pro persona Illustris et admodum Rev. di Domini Ioannis Georgii Kunigk²²⁰, directa ad Perillustrum et admodum Rev. dum Dominum Officialem Generalem Varmiensem²²¹, ut se informet quantum attinet ad Canonicatum et Praebendam Ecclesiae Varmiensis cum clausulis in sequenti commissione pro Rostkowski²²². Tenor Bullae sequitur:

[87v] Innocentius, Episcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Nostro et Sedis Apostolicae Nuncio in Regno Poloniae comoranti, salutem et Apostolicam benedictionem.

Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus dilectus filius Ioannes Georgius Kunigk, Presbyter Varmiensis, seu alterius civitatis vel dioecesis in Polonia, apud Nos fide digno commendatur testimonio, Nos inducunt, ut eum specialibus favoribus et gratiis prosequamur.

